6
II-c
110

M. 6/3

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
10 C
47

Bibliotheca
Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-II-C-110

22.7.78

22-I-1

Digitized by Google

Digitized by Google

PANEGYRICVS
DICTVS
VRBANO VIII.
PONT. MAX.

Ob beneficia ab ipſo in M. THOM. CAMPANELLAM collata.

Auth. GABR. NAVDÆO *Pariſino.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud { SEBASTIANVM CRAMOISY, Architypographum Regium, ET GABRIELEM CRAMOISY. } viâ Iacobæâ, ſub Ciconiis,

M. DC. XLIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

PRINCIPIBVS
EMINENTISSIMIS
FRANCISCO
ET
ANTONIO
CARDINALIBVS
BARBERINIS,
GABR. NAVDÆVS Felicit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M*Aximis Veſtris, & immortalibus in me beneficiis,* CARDINALES EMINENTISSIMI, *parum ex officio meo gratiam retuliſſe viderer, ſi Panegyricum hunc Sanctiſſ. Pont.* VRBANO VIII.

Patruo veſtro, pro CAMPANELLA *dictum, alteri quàm vobis offerrem. Nam pro incredibili beneuolentia, qua mitioribus literarum ſtudiis addictos homines, fouere conſueuiſtis, me etiam, totis illis duodecim annis, quibus Romæ, ſumma cum animi voluptate viuere, mihi conceſſum fuit, tam prolixe modis omnibus amandum, ornandumque ſuſcepiſtis; vt panegyrim alteram pro me ipſo vobis dicere, niſi temporis anguſtiis, & occupationibus frequentiſſimis prohiberer, omnino deberem. Atque vt primùm à te incipiam* FRANCISCE BARBERINE Princeps optime, doctiſſiméque, & Literatorum omnium

Fautor ſine exemplo maxime, *poteſt ne vllum amoris, & propenſæ voluntatis in aliquem teſtimonium excogitari, quod à te, maxima cum alacritate profectum, non fuerim expertus; dum ad te primum adire ſubuerentem, blandè vt auderem inuitaſti; admiſiſti poſtea quoties opus mihi fuit libentiſſime; libellos etiam, aut potius nugas meas excepiſti benigne; literis, quoties tibi redditæ fuerunt, peramanter reſpondiſti: Sacerdotiis inſuper præpinguibus donaſti, quorum etſi poſtea reditus, cùm litium, tum vero bellorum iniuria, intercepti omnes mihi fuerint, ſcio tamen præter mentem, & intentionem tuam accidiſſe,*

quod ea me pernicies & tempeſtas afflixerit: Demum vero abeuntem Roma, tot literis commendatitiis, tam variis muneribus, tot comitatis, & egregia in me voluntatis tuæ ſignis cumulatum dimiſiſti, vt niſi fucum veritati facere velim, reticere quoque minime debeam, iis me beneficiis affectum à te fuiſſe, quibus ne tu quidem, ſi amore in me tuo metiantur, maiora tribuere cuiquam poſſis. Tibi vero Princeps munificentiſſime ANTONI BARBERINE, *quid cauſa tandem fuerit, quòd me, Domini mei colendiſſimi Cardinalis à Balneo prematura morte, velut ex tempeſtate in littus eiectum, patrocinio tuo ſu-*

bleuares, quin etiam Aulicorum tuorum numero aſcriberes, & honeſtiſſimis poſtea de cauſis in patriam reuocatum, non honorario tantum ampliſſimo, ſed exaratis ad Gallorum proceres manu tua literis, additóque non mediocri viatico iuuares, profectò præter heroïcam generoſæ mentis tuæ, ad egregia quæque facinora propenſionem, nihil aliud video. Quòd igitur me, tam exquiſita Beneuolentiæ veſtræ teſtificatione proſequi voluiſtis; quòd de vobis nihil tale meritum, omni affectu, & honore cumulaſtis; quod mea demum ſtudia in obſcuro iacere non paſſi fueritis, habeo vobis gratias, CARDINALES EMINENTISSIMI,

quantas animo complecti poſſum maximas. Et priuſquam de CAMPANELLA, *eiuſque optimo Mæcenate Pontifice* VRBANO VIII. *Patruo veſtro, ad dicendum aggrediar, non cunctabor in hac Epiſtola, maxime ad iſtud opportuna profiteri, me ſic affici iucundiſſima beneficiorum veſtrorum recordatione, vt quemadmodum à vobis, ſupra votum, & meritum meum ſum acceptus; ita vos, adeo conſtans, & paratum deinceps experturi ſitis obſequium meum, numquam vt operæ in me iuuando, & ornando impenſæ, pœnitere vos debeat. Pariſ.* IV. Non. Iunij M. DC. XLIV.

LECTORI S.

FRATREM THOMAM CAMPANELLAM non exculti virum ingenij, ſed mirabili ſcientiarum omnium, & artium cognitione, earumdémque ſecundùm noua ſua principia inſtauratione, ſupra omnes ætatis noſtræ viros in literis principes conſpicuum, nemo fuit huc vſque rerum Academicarum non ignarus, qui merita prædicatione non extulerit. Quinimò Summus Pontifex VRBANVS VIII. non iudicium modo ſuum, quod exquiſitum in negotiis omnibus, & in re præſertim literaria ſemper acerrimum fuit, ſed

Clementis VIII. & Pauli V. mentem, in æſtimandis Campanellæ dotibus mirificis, ſequutus, libertati ipſum aſſerere, conſtitutóque in ſingulos menſes, honeſtiſſimo ſtipendio ſubleuare, atque inter domeſticos interioris admiſſionis habere voluit. Dicerem etiam quo in loco fuit apud Regem Chriſtianiſſimum Lvdovicvm XIII. eiuſque primores Miniſtros: & quæ tandem populorum omnium de tam vaſti, & portentoſi ingenij natura æſtimatio fuerit; niſi poſt tot libros, qui ſub eius nomine cùm typis editi, tum etiam manu tantum exarati circumferuntur; poſt tot nobilium hiſtoricorum de eius animi magnitudine teſtimonia prorſus inuſitata; denique poſt Tobiæ Adami; Leonis Allatij, Iacobi Gaffarelli; Iani Nicij, Philippi Thomaſini; alio-

rúmque grauiſſimorum virorum de eodem Elogia, qualis profe-cto, & qui vir CAMPANELLA fuerit, occultum eſſe niſi blennis hominibus, & inſulſis non poſſet. Ex eoq; maior ſubit animum meum admiratio, repertum nuper hominem fuiſſe, qui in tanta rerum iſtarum ignoratione conſenuerit, vt iudicium de CAMPANELLA ferat, non malignum modo, ſed falſum, putidum, ineptum, & homine qui prorſus non deſipiat indignum: Quamobrem vt ex Panegyrico meo diſcat, aliùm ab hoc homine, quem in voluſiana Collegij Regalis Hiſtoria, tam indigne traduxit, CAMPANELLAM fuiſſe; conſultum mihi viſum eſt, illum ex ſcriniis proferre, in quibus decennium iam latuit, & hercle latuiſſet adhuc, niſi facta viro, omnium quos vnquam nouerim

doctiſſimo, & mihi dum vixit amiciſſimo, iniuria, me præter id quod antea deſtinaueram, impuliſſet, vt orationem hanc prelo committerem. Nam abſque eiuſmodi occaſione fuiſſet, votum meum erat, ipſam viuentibus adhuc illis, quorum in ea virtutes celebrantur, publici iuris non facere. Ita enim futurum ſpero, vt quam tu, BENEVOLE LECTOR, iſtius inuidi, aut certe repueraſcentis Viri peſtilentibus conuitiis fidem adhibueris, hanc perlecta ſemel oratione mea ſtatim deponas, & eo in loco deinceps CAMPANELLAM habeas, quo ſolent haberi à viris probis, qui ſine cuiuſquam iniuria, fuerunt reliquorum omnium ſuo tempore præſtantiſſimi.

A Mr NAVDE,

Sur ſon remerciment pour le Pere THOMAS CAMPANELLE.

SONNET.

Ie le vy, ie l'aimay ton docte CAMPANELLE,
Cét Eſprit tout de feu ſçeut rauir mes eſprits;
Son entretien me pleuſt autant que ſes Eſcrits,
Dont les miens garderont la memoire eternelle.

Il loüoit ton ſçauoir, il exaltoit ton zele,
Lors que de ſa doctrine éperdument eſpris
Tu rendois ſa vertu ſans eſgale & ſans prix,
Et ſa captiuité ſi pompeuſe & ſi belle.

Si d'iniuſtes Cenſeurs attaquent ſon renom,
S'ils blaſment tout en luy iuſqu'à ſon propre nom,
Ce n'eſt rien qu'vn effect d'ignorance, ou d'ennie.

Mais, ô mon cher NAVDE', *ne t'en afflige pas;*
CAMPANELLE *viura quoy qu'il n'ait plus de vie,*
Et ces Autheurs mourront, meſme auant leur treſpas.

COLLETET.

Dulcior eſt APIVM *magè labor*
Si malus ora prius ſapor edat.

Boët. lib. III.

PANEGYRICVS
DICTVS
VRBANO VIII.
PONT. MAX.
Ob beneficia ab ipſo in Magiſtrum THOMAM CAMPANELLAM collata.

SERIVS fortaſſe quàm oportuit, VRBANE PONTIFEX MAXIME, tuis pedibus aduolutus, grates illas refero, quas iam pridem vniuerſus Virorum Literatorum conſeſſus, Sanctitati tuæ agendas eſſe cen-

ſuit; ob liberatum ab immani, & tetro viginti ſex annorum carcere THOMAM CAMPANELLAM, Virum quem ſumma ſua & prorſus incredibilis eruditio illuſtrem, tua verò ſingularis in eum pietas & beneuolentia, illuſtriſſimum reddidere. Vereor tamen maxime, ne citiùs quàm tenuitatis, ac infantiæ, & balbutiei meæ rationem decuit, tantæ molis opus, humeris meis nondùm pleno virium robore confirmatis, impoſuerim; ſed cùm ipſemet teſtis oculatus non ſemel fuerim, quanta gaudiorum ambitione, vniuerſa Gallia facinus illud æternitate dignum exceperit; neque vnquam

quam dubitauerim, quin eadem etiam fuerit reliquarum omnium Nationum, quæ aliquo probitatis, & doctrinæ ſenſu afficiuntur, alacritas; ratio mihi quæſita eſt, vt inter tot millia tacitùs tibi gratulantium, inter tot acclamantium, & plaudentium agmina, communem hanc lætitiam, Rhetorum pigmentis, & Oratorum floſculis, paulò cultius, & diligentius expreſſam, in his chartis ſub tuo fauore æternum victuris exhiberem, quam reliqui omnes in oculis, in vultu, in nutu, in geſtu, in toto denique corporis habitu, depictam gerunt, laudant, & quotidie efferunt.

Illud erat profecto ſolenne votum, cuius ab eodem tempore quo tua Sanctitas vinctum CAMPANELLAM ſoluit, ego me reum apud Muſas conſtitueram; nempe quod paupertini Clientes in diuitum, & ſummorum Principum reſtituta ſalute facere conſueuerunt, drachmam aliquam aut teruntium Ioui offerendo, hoc idem pro CAMPANELLA Principe Academico, mihi faciendum eſſe ſemper exiſtimaui, iuuenis vouens pro ſene; pauper ſoluens pro diuite, ignarus perorans pro doctiſſimo, Margites pro Gorgia, mutus aliquis pro Carneade, & elinguis pro Hippia. Et verò

quemadmodum Memnonis ſtatua quæ apud Thebanos viſebatur, tam admirabili confecta erat artificio, vt tunc maximè in voces, & concentus quoſdam modulatos prorumperet, cùm orientis Solis fulgentibus radiis, ad quos erat conuerſa, feriretur: ita prorſus nemini dubium eſſe debet, quin idem omnino, & gratitudinis, & deuinctæ, ac propenſæ in te voluntatis teſtimonium à CAMPANELLA, eo præſertim tempore, quo micantibus Iuſtitiæ tuæ radiis opacas diuturni Carceris ſui tenebras infregiſti, exhibitum fuiſſet; Et nunc etiam, quòd tuæ liberalitatis fructum vbe-

riorem, cum ſumma ſtudiorum ſuorum tranquillitate percipit, exhiberetur; niſi vir iſte, qui nihil vnquam humile, aut abjectum, vel è triuiò petitum cogitauit: qui beneficij tui magnitudinem, meliùs quàm quiuis alius intelligit; quique ſui nominis, & famæ, & doctrinæ conſcius, quantum etiam expectationis ſuſtineat, probè nouit, altiùs aliquid quàm minutum, ac tenue Oratorum lemma Panegyrimiuè meditaretur; nec munificentiæ tuæ amplitudinem, tribus aut quatuor explicare chartis, ſed eam nouo quodam, ac inuſitato, portentoſi ingenij ſui fætu, miris Natu-

ræ diuitiis, artis peculiari induſtriâ, & plurium annorum meditatione iugi, ac continuâ, elaboratiſſimo, cultiſſimoque, in omnem poſteritatis, & venientium ſæculorum memoriam tranſmittere cogitaret. Dignum meherclè, & aſſertæ ſuæ ſalutis, & reſtitutæ libertatis hoſtimentum, quod noſtrum ſæculum, nec præſtantibus ingeniis, nec Mæcenâtibus præclaris, ac munificentiſſimis, effœtum fuiſſe, ſatis ſuperque declaret. Interim verò hos volones, tanquã leuis armaturæ milites, cataphractis CAMPANELLÆ noſtri equitibus, id eſt, Euchariſticum iſtud, leuidenſe mu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nus, auguſtoribus vigiliis, & & lucubrationibus, quas ille in tuum nomen, & accepti beneficij recordationem, quotidie meditatur, lubens præmittam, ſpe ratus, paruum iſtud & qualecumque ſingularis mei in CAMPANELLAM affectus, & deuotiſſimi in præclaram illam, quâ bonos & eruditos omnes proſequeris, beneuolentiam, animi mei monumentum; Sanctitati tuæ non minus gratum, & acceptum fore, quam ſi Tullianis opibus, aut Mureti noſtri præclaris floribus, eleganter diſtinctum ac exornatum, præſens ſe ſiſteret, vel ſolo Autoris ſui nomine commendatiſſimũ. No-

ui ſiquidem quod magni Reges, & Principes, & ſi qui ſunt eius ſtudij homines, à theſauris quos è lapidibus, & pretioſis gemmis aliundè collegerunt, alios haud paulò viliores non reijciunt; & qui habent vaſa auro argentóque cęlata, criſtallinis, ſepè aut vitreis, atque interdùm etiam fictilibus, & teſtaceis, ad iucundę varietatis gratiam, & oculorũ delectationẽ vtantur. Sed illud inſuper cogito, Deum Opt. Max. nullâ re magis delectari, quàm nudâ & ſimplici hominum voluntate: nec vnquam libentius inuitari, vt ſeſe largiùs in nos diffundat, quàm cùm videt officiũ quòd

à nobis requirit, libenter præſtari: Requirit autem non aliquid immodicum, non laborioſum, non graue, non moleſtum, ſed illud tantùm quod fieri ſemper debet, quod in noſtra poteſtate ſitũ eſt, quodque vel à brutis & animalibus plerumque recepit, nempè, vt gratiſſimo animo, quæ dat beneficia accipiamus, & pro acceptis fæcundas potiùs quàm facundas gratias referamus. Quod ſi à tua Sanctitate, quę vices eius in hoc orbe ſuſtines, alienum eſſe dixerim, ne profectò grauiter errare videar, & aduerſus Sapientiſſimorum omnium qui hîc & alibi degunt, de tua comitate

& beneuolentiâ opinionem, turpiter ſentire. Illud tamen, tam audacter quàm verè, & ingenuè proferam, ſi facundiam meam obſequio, & deuotione meâ eſtimaueris, dignus ſum qui inter maximos omnium ſæculorum oratores poſſim numerari; ſi te, (de quo etiã mihi plura dicenda ſunt) aut CAMPANELLAM in facundia mea, viuere mereor, & legi tecum, & cæteris omnibus anteponi. Caluit in me dudum vltra vires proprias animus ad lætitiam, & excitatus nunc præſentiâ tua calamus, nec laborem ſentit, nec tarditatis meæ, atque inſcitię reminiſcitur, materiâ ſuâ diues,

fæcundus argumento, auctoritate tuâ fultus, ſanctitate tutus, & tuorum ſimul ac CAMPANELLÆ meritorum ſuperbus Encomio. Procul hinc igitur trepidatio, balbuties, & infantia: procul metus omnis, & quę ſæpiùs oratores ad ſilendum obligat, verecundia; liberum ſiquidem eſt omnibus muſarum alumnis, tibi de earum Apolline bene merenti frequenter occurrere; dum neminem ab aſpectu, & familiaritate tua ſummoues, nec majeſtatem tuam lædi aut imminui putas, ſcribentis alicuius ignobilitate. Scio quidem in veterum ſacrificiis, nulli fas, aut honeſtum fuiſſe alta-

ria incendere igne vulgari, cæleſteſque flammas longè nitidiſſimas, & collucentes, per refractos in orbe quodam vitreo Solis radios, huic nobili miniſterio, potuiſſe tantum admoueri. Sed ecce, vix genium tuum adoraui, BEATISSIME PONTIFEX, & videtur mihi animus ſolito factus generoſior, dum in ſpem erigitur creſcentis in me per ætatem facultatis, & exerentis ſecum dignitate, & amplitudine ſubjecti nobilioris facundiæ. Hactenùs enim ſimilis arentibus riuulis largiores ripas declinaui, nec in vaſtas camporum planities fluminis inſtar exundaui, vt inopiam meam bre-

uitas affectata celaret, & tenuis ac curta ſuppellex, in exiguo lare minus cerneretur. Enimverò; tunc iſta mihi ſuppeditabatur ad dicendum materia, quæ minori verborum cultu,& ambitu, eleganter ſatis poterat explicari; & coràm viris dicebam, qui minùs elato genere Orationis, in fortunæ ſuæ mediocritate poterant eſſe contenti. In præſentia verò, quod ad te, & de te verba facere aggredior,

Quo minor eſt quiſquis maximus eſt hominum,

Non alius mihi debet eſſe Orationis modus, quàm tibi fortunæ; & cum magnis ne-

gociis plura verba cõueniant, præſtantibus ſelecta, pulcherrimis ornata; enitendum ſanè mihi eſt, vt tuum iſtud in CAMPANELLAM beneficium, quod exemplo magnum, raritate præſtans, & variis caſibus pulcherrimum eſt, pluribus etiam, ſelectis, ac ornatis eloquentiæ coloribus, & verbis poſſim celebrare. Atque feciſſet vtinam Deus, immortalis, vt quod accepimus Themiſtio prçcellenti Philoſopho, ad ſuum Principem accedenti contigiſſe, nobis etiam ad te, Conſtantino feliciorem accedentibus, eueniret. Narrat is verè ne an ſecus, ambiguum eſt; Quoties ſacrum

Palatij limen attingeret, & ad genua Imperatoris procumberet, ſibi animum extitiſſe ſolitò clariorem, perſpicacem intelligentiam, criſtallinos ſenſus, & quod vix cuiquam perſuaderi poſſe credebat, feneſtratum pectus ex templo fieri, mentemque pellucidam, ac patentem: vel potiùs blandientes illæ Sirenulæ quę Periclis, & aliorum Oratorum linguas, diuinioris eloquentię nectare inebriâſſe dicuntur, ac Egyptiorum Iynges, & ipſamet ſeu Gręcorum flexanimis Pitho, ſeu Ennij Suada, ſeu Horatij Suadela, ſeu Ciceronis Lepos, aut Quintiliani & reliquorum perſuadendi Dea,

mœis etiam in labris aliquantum ſeſſitaret: Tutiùs enim, & audentiùs hanc dicendi prouinciam amplecterer, & virtutes tuas, quibus demetiendis, non muſtea ſolùm Oratio, ſed melle & ſaccharo delibutæ veneres, & pluſquã ſeſamo ac papauere reſperſæ, vix pares inueniuntur, digniùs omnino celebrarem; ſed nos in agendis gratiis humiles reptamus, poſtquam facundia res cœpit eſſe Imperij. Dabis igitur facilè veniam, PONTIFEX MAXIME DOCTISSIMEQVE, ſi quod Plinio, & vetuſtioribus Panegyriſtis haud fuit difficile, vt ante Principes ſuos, & Imperatores, qui

bonitate tantum, liberalitate, aut bellicâ laude floruerunt, eleganter & ornatè dicerent, illud ipſum mihi coram te dicenti, omnino denegatumſit, cui nihil in Parnaſſo quod metam, nihil in Hymeto quod colligam, nihil in Pindo, vel Aganippe quod hauriam, à te ipſo relictum eſt : cùm picturatos eiuſmodi montium flores, & mella ſuauiſſima, dudũ ipſe collegeris, atque omnes Muſarum latices, Heliconemque ipſum , & Aganippea fluenta, diuturnâ conſuetudine exſiccaſſe, & in ſermonis, ac Carminum tuorum venuſtatem deriuaſſe credaris. Atque inde eſt quòd vehementer timeo,

meo, ne hæc copioſa gratiarum actio, cuius neceſſitatem tam inſolenti beneficio nobis impoſuiſti, vix abſque temeritate, & audacia poſſit, non ſolùm à me, ſed vel ab alio quouis eloquente ſuſcipi; cùm ſolus verborum illas amœnitates, & ſanioris eloquentiæ neruos poſſideas, quibus tantùm vt ſanguinem, ſic vires, & vitam, & maſculum ac eruditum colorem ſuſcipere poteſt. Tuum eſt igitur exigere quantum voles, noſtrûm verò rependere quantum poſſumus, aut veriùs, quantum tu nos poſſe volueris, qui ſupremus literarum, & eloquentiæ Dictator haberis. Et cùm tot

ſtudioſi, quibus Magiſtrum, tot literati, quibus Principem; tot Nationes & Populi quibus Phænicem hunc reddidiſti, plus tibi debeant quàm ſoluere poſſint ex proprio cenſu, tuum eſt adhuc, ex cuius labris manat flumen illud Eloquentiæ, tot leporum, cupidinum, venuſtatum exempla, velut Pactolus auri ramenta deferens, exiguas illorum opes, & infantiæ noſtræ maciem, tam diuite venâ ſubleuare, ſi te digna vis audire; aut ſaltem æqui conſulere debes, quod tecta veneratio, partes eloquentiæ ſuſtineat, ne pro ſalute ipſa CAMPANELLÆ quâ nihil illi, aut nobis

pretioſius eſſe potuit, vilis munere defungi velle videar orationis. Vulgaribus enim, & vſitatis beneficiis, pari & aliquoties etiam majori verborum apparatu, gratia referri poteſt, Hoc, quo majus homo ab Homine accipere nullum poteſt ὥς δαιμόνιόν τι, niſi vires Diuinus ipſe ſuggeras, ſilentio potius eſt, & cogitatione venerandum. Te igitur huic cæpto, penes quem hominum, Deique conſenſus, cœli & terræ curam eſſe voluit, VRBANE, certiſſima Salus Patriæ, Bonorum fautor, & literatorum Mæcenas optime, te inquam appello, virum in quo ſunt omnia, quæ vel à

Naturâ condonari, vel ab arte, & induſtria comparari, vel à Muſis & Apolline libenter conferri poſſunt; Te inuoco hominem ſanè, ſed diuinitus abſolutùm, Principem terræ, ſed cælitus conſtitutum, qui Nauim Eccleſiæ tuo ſenſu, leges nutu, Reges dignitate, Cælum poteſtate, omnia arbitrio & ſola voluntate, regis ac temperas: Qui denique ſupra humanæ dignitatis faſtigium euectus, Dei perſonam inter homines geris; cuius vita cæteris omnibus pro exemplo, voluntas pro lege, vox pro oraculo cenſenda eſt. Adſis igitur, ô & præſidium, & dulce Decus meum, VRBANE

potiori iure quàm olim Sophocles, ob linguæ dulcedinem, Apis nominande, faue; & qui me totum tibi voueo, qui me totum conſecro, qui leges verborum, & pondus ſententiarum, & animam iſtius Orationis à te expecto, cæleſti Vrbanitatis tuæ rore medullitùs perfũde. Et verò, ſi quod olim Numidæ aſſerebant, tuæ non modo, ſed Orbis Chriſtiani quantumcunque diffuſi Nationes, veriſſimum eſſe deprehendunt, felices nempè, & in æternum cum ſuis legibus ouaturas eſſe ciuitates, quarum Principes libenter haberent in ſuis Palatiis, & ſtudioſe fouerent animalcula quæ-

dam paruula, blandula, bellula, capite nigro, gemmeis oculis, dorſo flauente, pennis argenteis, corpuſculo tantulùm protenſo, molliter ſetoſo, annulatim diſtincto, variegato, armato etiam quâ collum incipit ad defenſionem, quà tergus deſinit ad offenſionem, voce crepera & bombilante, grandi ſpiritu, capaci, bellicoſo, miti, politico: hoc verò nihil aliud ſit, quàm Apes dicere, mirabili ſubſecutæ Dignitatis prȩſagio, & Gentiliciis Armorum inſignibus, iure tuas, MAXIME PONTIFEX; volucres inquam florilegas, verſicolores, vagulas, mellifices, roribibulas, exilipipedes,

Google

cellularum & loculamentorum architectas; floriferis in ſaltibus Veris gratiam, Eſtatis amænitates, Autumni delicias, herbularumque rorem, lanuginem, goſſypium, ex humente Cælo, & reſudante terrâ, in tenuibus earum villis & neruulis, feruore Solis ſenſim attractum, & frigore noctis condenſatum exſugentes, ad Saccharum iſtud artificiale nobis gratioſo valdè & vtili furto conficiendum; Cur non ſperem me, & literatos omnes, idem ab Vrbanitate tua poſſe conſequi? cùm iam iſtius exempla adeò luculenta nobis exhibueris, vt huic ipſa materiam ſubminiſtrare debeant

orationi. Sanè riſêre veteres, meo quidem iudicio, & ſuauiter luſêre, dum ſolam Idumęam totumque Orientis tractum, verarum Palmarum feracem, eſſe affirmarunt: vniuerſus ſi quidem Orbis Palmetum eſt, illudque florentiſſimum, ex quo diuerſis artibus, & peculiari quádam induſtria, dum ſinguli Palmas colligunt, Reges armis, ſapientes legibus, eruditi libris, vates carminibus, diuites ſumptibus, alij ædificiis, omnes verò præclaris facinoribus & benefactis; Tu BEATISSIME PONTIFEX vnus tandem hoc ſæculo eluxiſti, tu velut cæleſtis aurę plenior, & immenſitatis

pars melior, nobis affulſiſti; qui mente vt virtutum, ſic ſcientiarum omnium capaciſſima inſtructus, ſpectatiſſimas quaſque palmas decerperes, & quæ vix per ſæculorum volumina, diuerſis ſejuncta contingunt, naturæ, corporis, & fortunæ bona, tu ea ſimul à Cœlo, parentibus, & te ipſo acciperes: Quo facile intelligimus quæ deſideranda in aliis Principibus fuerunt; poſtquã ea quæ operta in illis veriti ſumus, & imperfecta, ea nunc in te reſerata, & abſoluta veneramur. Quod dum dico, non ſolus dico; ſed vnus multorum vices ſuſtineo: omnium certè voces, & mentes, & vota re-

fero cõmune ſiquidem es terrarum documentum, & amor ſingularis vniuerſorum. Simul omnium, vultus, ſimul affectus omnium in te conuertis; Et quicquid peragis, omnes oculi libenter vident; omnes animi libenter diligunt. Enimuero, cui non vehementer alluberent, virtutes tuæ, iam pridem notæ, imperióque digniſſimæ; vita per omnes ætatis gradus innocenter acta; interiores in vnáquaque diſciplina, recõditæque literæ; explicata magnis in muneribus domi, foriſque prudentia; adminiſtrata per annos complures integrè iuſtitia; Decennium iſtud tam laudabiliter in

ſupremâ Dignitate, tranſactũ; nihil denique in rebus tuis, non moderatè cupitũ, ſapienter inceptũ, fortiter attẽtatũ, fortunatè concluſũ. Pergerẽ adhuc, & lubens referrem, quid omnes illi, quos ingentibus beneficiis vniuerſim, & affatim cumulas, ſigillatim tibi gratiæ rependant; quodque pauperes te diligunt vt Patrem; amant ſtudioſi vt Męcenatem; colunt literati vt Principem; ſtupẽt Poëtæ Chriſtiani vt nouum Dauidem, profani vt alterum Apollinem; ſuſpiciunt Reges vt majorem, venerantur Catholici vt ſolo Deo minorem: mirantur denique cæteri, quibus omnis boni fons,

virtutum exemplar, & ſanctioris vitę (quod in ſumma dignitate rarum eſt) ſeuerus cultor extiſti. Adderem inſuper, quod Majeſtatem Pontificiam, grauitate cultus, & cęremoniarum aſſerueris; Eccleſiæ ſtatum nouis legibus, & ſtatutis perpolieris; Diui Petri Imperium, auctâ ad Metaurum ditione propagaris: Collegium Purpuratorum Antiſtitum, & auctoritate, & honoribus amplificaris: Italiæ libertatem, difficillimis temporibus, acerrimè defenderis; Populi tui ſanitatem inter vicinorum peſtes, & funera, velut obſeſſi, prouidè conſeruaris: Ciuitates fanis, fana ſacerdo-

tibus, ſacerdotes pietate, pietatem conſtantiâ auxeris: Iura, leges, iudicia, ſapienter emendaris: Vrbem hanc, ſedem Gentium, Arcem religionis, lumen & domicilium literarum, aurò, argento, marmore, tabulis, ſignis auguſtiorem feceris: Molem Hadriani, & ornatiorem, & tutiorem reddideris: Vaticanas ædes nobili Armamentario, ſed longè nobiliori Bibliothecâ inſtruxeris: Scientias omnes contemptu, Mathematicas ſuperſtitione, Diuinas preces barbarie, literatos ipſos miſeriâ & pauperie liberaueris: omnia deniqūe ſub prçſidio & tutela tuæ virtutis & ſapientiæ

conſtituta, ſarta, tectáque continuò eſſe volueris. Sed immanè quantum iſta, vires humanas exuperent? nos certe tot luminibus offendimur, tot trophæis obruimur; & tu hoc vno te laudari prohibes, quod laudem omnem, & eloquentiam ſuperaſti. Dum hæc ambo, quorum alterutro-vis Plinius Iunior felicitatem definiebat, ſimul conſecutues, non minus legenda ſcribens, quàm ſcribenda faciens: quaſi vnum te Dij Immortales naſci voluerint, vt eſſet in quo virtus ſe per omnes numeros, efficaciter omnibus oſtenderet, & ipſamet Beatitas, Fatorum ac inuidiæ victrix tirumpharet.

Neque cuiuſdam aſſentatiunculæ ſuſpicionem,aut faſcinantis laudationis crimen extimeſco, cùm præſertim & qui te non admirantur,magis inuidi, quàm qui laudant aſſentatores putandi ſint: & linguam adhibere malam is nequeat, cui tot hominum benè & incorruptè iudicantium oculi, tuarum laudum conſcij, ac teſtes adſint præſentes; Imò verò tantum abeſt, quòd verborum tibi phaleras, aut aliquid ex communi oratorum officio, vltra meritum affingam; vt ne quidem nunc poſſim ſpatiis iniquis excluſus, & viribus propriis deſtitutus, tuis ac debitis, te laudibus

exornare, quæ ſupra calamum meum tantum eminent, quantùm ſupra ventos, & quidquid pluitur, ac ningitur, Athlantis vertex, vel Soractis apex, aut iugum Apennini. Demum licet me lubentius, & animoſius ad iſtud negocij totum collegerim, & quemadmodum orbes illi diuinis animati mentibus; qui voluuntur ſtellarum curſibus ſempiternis, plus habent celeritatis, & virium, quò huic globo ſunt propiores, in quo maximus ille motor eſt, qui agens & propellens cæteros, præeſt vniuerſis; ita etiam mihi in eam Vrbem accedenti, in quâ tu BEATISSIME PONTIFEX, velut

velut Sol Princeps, & Moderator luminũ accendis, & excitas omnium mentes, ſpirituũ mihi, & ornamentorũ longè plus ſolitò accedat; Sentio tamen conatum hunc viribus meis imparem, & quod non nulli aſſerunt, in Hiblæo Monte tantam eſſe florum, & aromatum varietatẽ, vt educti ad venationem Canes, propter miram halituum fragrantiam, viarum obliuiſcantur: hoc in tuis laudibus veriſſimùm deprehendo, quarum incredibili varietate dubius, & fluctuans hæret animus, atque potentibus ipſiſmet illecebris deterretur, & ſtimulis refrenatur, & incitamentis cohibetur. Om-

nis enim in te virtus, omnis laus, ita videtur alteram complexa, ſic inuicem implicita ſunt, atque connexa omnia, vt ea ſigillatim internoſci difficillimum ſit, nec quicquam ſine magna ſui diſtractione, poſſit ab altero ſeparari. Et cùm ſumma ſint & præſtantiſſima in te omnia, quocumque oculos animúmque conuerto, nihil niſi præclariſſimum, ac ſingulare reperio: Vt adoleſcentuli cuiuſdam laſciuientis, & petulci ſimilis mihi eſſe videar, qui dùm ſerti miſcendi, fingendique causâ, diſcurrit per amænum, & vndique fragrantem hortulum, pendet animi, vagis oculis eſt,

dubius hęret, an ocellum variegatum, an caltham luteam, an amaranthum, an roſam, an hæc aut illa legat odoramenta; vel ſi pratenſes flores delibare cupiat, quorum picturata varietas naturæ ſuauiter blandientis, & in ſummo miræ fertilitatis gaudio ingeniosè ludentis, diuitias nobis repreſentat, ſtat ipſe inter opes inops, & quos prius ſtringat, quos delibet & attingat, nunquam ita apud ſe tam bene conſtitutum habet, quin infinitos poſt ſe coronariis Virginibus ad lucrum, aut ornamentum relinquat. Quidquid enim loquar, infra tuæ dignitatis faſtigium eſt, quicquid

conabor, infra virtutis meritum, nec orationis meæ numeri tam fusè ſe extendunt; nec ipſæ voces, aut animi vota tàm lõgè pertingunt; quàm præclarę tuæ dotes, & egregia facinora, per hominum aures, & Europæ fines lõgè latéq; diffunduntur. Faciã igitur, quod peregrinos, Epheſinæ Dianæ Templo Pręfectus monere cõſueuerat, nempe, vt in eius ſimulachri diuina quadam ſculptoris arte, & peculiari Deorum prouidentia, ſupra modũ corruſcantis, & ſplendidi, contemplatione, oculis ſuis parcerent, & alternis ac interpolatis palpebrarum vicibus, lumen ab ipſo defluum, paula-

tim admitterent: aut potius, quod tu BEATISSIME PONTIFEX, & qui te ſimili gradu, quanquam diſſimili conatu præceſſerunt, effeciſtis, dum vaſtas illas, & portentoſas Vaticani Templi ſubſtructiones, tot artificum induſtria, tot ſeculorum decurſu, tot Pontificum cenſu perficiendas, animo veſtro meditaremini; illud idem in hac tuâ virtute ſcriptis celebranda, & toti Mundo velut quartum Italiæ miraculum exhibenda, facere cogito. Quemadmodum enim ſuperbi iſtius ædificij, vnus Pōtifex fundamenta jecit, alius veſtibulum præpoſuit, nauim alius extendit, & quartus ali-

quis χόρον, ſeu Preſbyterium appoſuit; tu verò BEATISSIME PONTIFEX, maximum altare, quatuor Columnis mole ſuâ ſtupendis, ſpecie rariſſimis, materiâ autem ipſa nomen tuum æternaturis, conſtituiſti; multique alij tholum, nudos parietes, & minora ſacella, teſſellatis marmorum cruſtis, Variis Columnarum ordinibus, interpenſiuis, triglyphis, opere muſiuo, picturis, peripetaſmate, ſignis, Lythoſtrato, ſimilibúſque magni ſumptûs ornamentis, condecorarunt; Et nihilominus ſupereſt adhuc quod in hoc opere perficiendo, ſeris tuis ſucceſſoribus, ingenuos ſudores, abunde pro-

liciat. Ita profecto commendationis tuæ momenta deſignare, non vnius tantum, aut alterius, ſed multorum hominum, imò veriùs Oratorum omnium opus eſt, cuius ſciagraphiam quandam iam dudum expreſſit Thæodorus Ameyden; colores nonnullos addidit Leuinus Hielius; Tiaram deſcripſit Nicolaus Malpaſius; multi Principum Oratores ſublimitatem extulere; Cæterique propemodùm infiniti, ſuas quique partes, velut magni cuiuſdam operis redemptores, ſibi delineandas, & perpoliendas aſſumpſere. Quamobrem, dum vnus, aut alter, te à Majoribus tuis ornandum

ſuſcipit, quos Hetruſcarum Fabellarum ſcriptor mellitiſſimus, antè trecentos annos viderat, & nunc etiam ſummâ cum hilaritatis publicæ teſtificatione, videre licet, ſerie non interrupta, ordine integro, aliqua prærogatiua, illarum Dignitatum inſignes, quas non iure originis, ſed merito tantùm virtutis aſſequimur: Dùm hic adoleſcentiam tuam replicat, & in memoriam reducit, pacatum iam ab iſto tempore animum tuũ, iudicium graue & maturum, cogitationes etiam ſolo cælo minores, & ſupra famam eruditiſſimas; Dum alius toto ingenio fertur in varios Magi-

ſtratus ac dignitates, quibus tu ſemper celſior extitiſti; cùm in alios temperatus, in te ſeuerus, ſine contemptu facilis, ſine terrore reuerendus appares; ac ſupremam illam maxime commendat, ad quam non ſtudium te ſed iudicium, non gratia ſed æquitas, non blandientium, ſed enucleantium ſuffragium, non fortuna, aut tempus ſed prudentia, & voluntas Purpuratorum Antiſtitum ſapienter extulit: dum nonnulli ſpeciem tuam Imperio digniſſimam efferunt, & hoc vnum precipuè mirantur, quod ipſa Natura, quæ nihil vnquam fruſtra facit, in tuo perhumano & delenifico

vultu, in formæ dignitate, in tota Corporis ac membrorum concinnitate, quandam velut hederam ſuſpenderit virtutis ac morum, & elegantiæ tuæ; dùm reliqui omnes animi tui ſplendorem, virtutis lumen, benignitatis magnitudinem, ac cætera propemodùm infinita, quæ in te miraculis proxima relucent, ſtudioſè perſequuntur; ego etiam cui vires non ſuppetunt, vt hæc omnia complectar, ne tot rerum magnitudine, ac multitudine obruar, ex earum varietate ſeligam vnum aliquid, quod præſtare cæteris, & enitere videtur, in quo me diffundam. Hoc verò, nullum aliud eſſe

poteſt quàm beneficus tuus in literatos omnes animus, & reſtituta CAMPANELLÆ noſtro libertas, multorum ante hac manu tractata, multorum ingenio expolita; rarum tamen ſingularis Beneuolentiæ, qua bonos omnes proſequeris, exemplum; & quod vnum, cùm mea, tum etiam tua de cauſa potiſſimum celebrare, & quantum ſcriptis, ac oratione contendere poſſum, memoriæ, ac poſteritati conſecrare debeam; Mea quidem, ne ſupinus omnino, ac ineptus eſſe videar, ſi aliud argumentum mihi ad dicendum aſſumerem, quàm quod tibi viſum eſt ad agendum ampliſſi-

mum: tum verò, Vt meum erga te, & CAMPANELLAM affectum, longa temporum intercapedine, & locorum diſtantia, velut interceptum, vtriuſque veſtrúm præſentia, & celeſti propemodùm influxu recreatum, nihil prius aut antiquius habuiſſe, quàm vt iſto ſe munere, & officio exolueret, vnuſquiſque prorſus intelligat. Enimuerò te PONTIFEX OPTIME MAXIME, rarũ iſtud & nobile facinus molientem, votis meis adiuui; abſoluentem poſteà, clamore & vocibus lætis excepi; ſed cùm tam longè diſſitus, exaudiri à te non poſſem, quid tunc dixerim, aut quid dicere de te

debuerim, ideò nunc ſcriptis trado; vt totus Orbis cognoſcat qui ſis*, & ſciant Poſteri qualis fueris, cui ego gaudiorum patriæ ſpontaneus nuncius, ſtudij etiam mei, & priuatæ gratulationis oſtentator occurro. Cur enim quæ me cum CAMPANELLA neceſſitudo arctiſſimè coniunxit, quod ſidus me totum certo fœdere ſuis affectibus alligauit, quoduè numen noſtras mentes tàm bellè ſimul indiſſolubili nexu conſentire voluerit, libenter hic & ſecurè non aperiam? Sane quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & ſtudiorum meorũ extra ſcho-

larum cãcellos,& carceres liberiùs paulatim excurrentiũ,memoriam recordari vltimam, inde vſque repetens, hunc video, mihi inter illos, quos doctrinæ & eruditionis cauſa magnopere ſuſpexi, primùm occurriſſe. Euoluebam ſtudioſè libros, quos fidelis eius ergodioctes Tobias Adamus, ex emporio & mercatu Francofurtenſi quotannis ad nos trãſmittebat; bibebam auribus auidiſſimis, quæ de ſuo conatu ad Majoris Grçciæ, ſeu Calabriæ Superioris Regnum occupandum, in litteratorum circulis fabuloſè narrabantur: videbam quàm nouè res Naturales, quàm prudenter Mora-

les, quàm cautè Politicas, quàm iucundè Poëticas, quàm variè & perſpicaciter Aſtronomicas, quàm ſubtiliter & ingenioſè Dialecticas, quàm diuinè Metaphyſicas ipſas tractaret. Stupebam nouis ſuis cogitationibus, & inuentis, Philoſophiam Peripateticam velut à fundamentis conuelli; Veterem Empedoclis, Pythagoræ, Democriti, qua vincta, qua ſoluta orationis lege paulatim reſtitui: Chriſtianam etiam ex profana, fidelem ex Pagana, piè non minus quàm doctè inſtaurari. Mirabar denique mentem ſuam, ſic à rebus terrenis, & ſenſibus corporeis penitùs ſejunctam & ſe-

paratam fuiſſe, Philoſophematiſque & Primalitatibus ſuis tàm alte demerſam, vt tot annorum carceres, tot iudicum ſententias, tot carnificum lanienas, non interrupto meditationum curſu, ſed raro & præcellenti Philoſophiæ quã profitebatur exemplo, patienter tulerit; & vbi corpore amplius non poterat, ſuis vulneribus & plagis, animi conſtantiâ & fortitudine, ſuffecerit. Quarè, amabam illum continuo, laudabámque vehementer eius ingenium, etiam ante quám ſcirem, quàm varium, quàm flexile, quàm multiplex & ex temporaneum eſſet; Sed cùm non ita pridem optimi mei Mæcenatis

Mæcenatis Cardinalis à Balneo peculiari beneuolentia & comitate illectus, Romã venerim, vt veteris Orbis, ab hâc quondam Vrbe ſpoliati reliquias, & in ipſis obeliſcos, Amphitheatra, Porticus, Fora, Thermas, cæteráque Romanæ Amplitudinis & gloriæ monumenta, aut ſi mauis, rudera perluſtrarem; quorum profectò conſpectu, ſi quis æquo animo caret, is mihi quidem Antiquitatis memoriam ſatis colere non videtur. Ac meherculè verum vt dicam, cùm vt aliis Eruditiſſimis hominibus quibus hæc Italiæ pars, præ cæteris ſemper abundauit, tùm etiam CAMPA-

NELLÆ meo poſſem familiariter innoteſcere, qui tot editis libris, omnibus iam innotuerat,& expreſſas quaſdam excellentis doctrinæ, eximiæque probitatis notas dederat; mihi autem diuinâ quadam virgula contigiſſet, vt pedem non fermè prius in hanc Ciuitatem inferrem, quàm in amicitiã ipſius, familiaritatémque intimam admitterer; tunc majora omnia, & longè auguſtiora, quàm de ipſo auditu perceperam, viſu cognoui: tunc humanitatem eius, iunctam cũ ſumma comitate, & doctrinam pari cum integritate, & morum innocentiâ ſocietam, exploraui. Audiui poſteà ip-

ſum multoties differentem nõ minus ardenter quàm ornatè, aut acriter quàm doctè, ſiue meditata, ſiue ſubita proferret; multa etiam quæ miraculi fermè fidem excedunt in eo deprehendi. Quò fit, vt ipſum nunc, ex omnibus colam, ac obſeruem maximè: nec velim vnquam, quoad ſuperſtes ero, tot eximias ingenij ſui dotes, & doctrinæ varietatem, vehementer, aut potiùs quod dicerent aliqui, ex intima medulla animi mei, non laudare. Atque hæc ipſa erant, cur nihil optabiliùs magis, aut ex animi mei voto, aut ex amoris officio, contingere potuerit, quam vt de tuo ſingulari in

CAMPANELLAM beneficio, materiam mihi ad dicendum aſſumerem. Neque verò, tua quoque de cauſsâ, BEATISSIME PONTIFEX, quicquam majori cum decoro, aut ampliori virtutum tuarũ inſinuatione, ſeligi debuit; cùm hoc vno facinore, multorum ſimul imaginem velut in ſpeculo expreſſeris, & monumentum quoddam ære perenniùs, quod nec imber edax, nec Aquilo impotens, nec ferrum aut vetuſtas abolere poſſint, tuæ iuſtitiæ, integritati, Doctrinę, ac Nominis & Familiæ ſempiternitati conſtitueris. Quanquã, nec ita ſim rudis, vt neſciam; nec tam maleuolus vt inficier,

te non eſſe ex eorum Principum numero, qui ſplendent mutuato lumine, nituntúrque viribus alienis, & fictâ quadam velut adumbratæ virtutis imagine: quemadmodum narrant Eleatherem quendam, vocis causâ Pithicam Palmam retuliſſe, cum alioqui cantilenam non ſuam decantaſſet: & mulieres quæ ſunt vultu paulò magis ſubagreſti, aſciticium cultum aſſumere, quo formæ ſuę lenocinentur, & incautos faciliùs decipiant. Nam, vt multa paucis complectar, & magna breuiter perſtringam; quæ tria Philoſophorum Princeps ineſſe in eo debere ait, qui ad capeſſendam, geren-

dámque Remp. accedit, niſi tibi, optimo iure vendicem, qui ſis, VRBANE OCTAVE PONTIFEX MAXIME, planè videar ignorare. Te ſiquidem Chriſtus in Eccleſiæ Moderatorem elegit, & Chriſto ſubditæ Nationes in Principem ſacrorum aſſumpſere, non ſolis diuitiis potentem, aut maioribus elatum, vel clientelis innixum, ſed Ariſtotelicis tribus ornatum, & inſignem notis: amore, quem ſingularem habes erga Rempub. Chriſtianam; Ingenio, quod illuſtre, publicóque ſuſtinendo oneri, ac muneri par eſt; ac demùm genuina illa virtute, quæ foris Pietas, intus autem probitas

ſolet appellari. Hæc enim funiculũ triplicem conſtituunt, quo tui Pontificatus, & adminiſtratæ per longum tempus ſapienter, rerum vniuerſitatis inſignia, lõgè cæteris omnibus altiora, in templo gloriæ & immortalitati conſecrato, ſuſpenduntur, quàm reliquorum omnium Pontificum, quos tu, iam dudum vt factis, ſic laudibus ſuperaſti. Sed quamuis hæc præclara atque illuſtria ſint, & ad Nominis tui commendationem maximè, ſi quicquam aliud, conducentia; næ tamen æquitatis, beneuolentiæ, & eruditionis, quarum ſpecimen in hoc viro, libertati aſſerendo, nobis omnibus exhibuiſti,

tantus eſt fulgor, vt reliqua, quæ per ſe quidem videri poſſent ſatis conſpicua, ipſarum, velut Solis plenum os extra nubem educentis,aduentu,lõgè magis niteant, & lætiora conſpiciantur. Iuri dicundo me prepoſuiſtis, dixiſti tunc BEATISSIME PONTIFEX, ius dicam; iuri faciendo, ius faciam; Eſto meus, qui non eſt reus: Eſto liber, qui nihil fecit: Eſto ſaluus qui non peccauit. O me felicem, ad quem pulcherrima vox iſta peruenit! ô me beatum, cui differendi materiam exhibuit! ô me oratorum omnium fortunatiſſimum, cui contigit, præclaris eiuſmodi dictis factiſque, ita mea dicta

factáque miſcere, vt propterea verbis ornatus, Paleſtra geſtibus, ori dignitas, majeſtas etiam huic ſermoni deeſſe non poſſit. Enimuerò longiſſime decepti ſunt, quicunque credidere, nobiliſſimam Virginem Aſtręam, permanſurum in Orbe Cæleſti domicilium, inferiori iſto expulſam, ſibi conſtituiſſe. Nempe ſub tuo Potificatu, iterum Cælo deſcendit, iterum mortales reuiſit, ac in penetralibus tuis larem poſuit, & domeſticum factum eſt tuæ familiæ, publicum Decus Reip. Et ſanè, quî fieri aliter poſſet, cùm & præſentis & anteactę vitæ tuæ rationes omnes diligenti tru-

tina appenſæ, & ad æquitatis & iuſtitiæ normam directæ conſpiciantur, nullus video. Iniquus enim fuerit, & tuæ virtuti parum amicus, qui iuſtitiæ tuę Trophæum, ex diſruptis tantum ſolius CAMPANELLÆ cataſtis, equuleo, neruis, & fidiculis componat: cùm in illius partes venire ſimul debeant, nobiliſſimæ cuiuſdam Heroïnæ ſoluta vincula, & tot miſerorum qui grauiſſimos in carceres, leuiſſima ſepè de cauſa conijciebantur, Inquiſitio facta paulatim remiſſior: & ipſa Roma ſedes antiquiſſima ſummi ſacerdotij, arx ſaluberrimæ, & ad ſalutem neceſſariæ Religionis, do-

mus virtutum, & lux totius Orbis ſplendidiſſima, Trophæum per ſe ſola non modo tuæ iuſtitiæ, ſed virtutibus cęteris ampliſſimum conſtituat. Nunquam enim majori laude virtus agitur, quàm ſi rectè Roma tractetur. Et amabo, quod Trophæum ęſtimes nobilius, quam Palmam æquiori iure conceſſam? quas laudes, & nominis, ac famæ diuitias potiores? quàm in hoc Orbis theatro, in conſpectu Gentium, in oculis tot Antiſtitum, conſcientiæ pretioſam gerere puritatem, & ante ipſum libertatis Genium, nullis vitiis eſſe captiuum. Videmus, reliqui faſces, quâ Gloriâ cenſean-

tur. Tu BEATISSIME PONTIFEX dignitatē obtines Honoris ſupremi, nec ſuſtines in hac claritate cōmittere, quod poſſit nobilis turba neſcire. Locatus enim in medium, cunctorum ad te trahis adſpectum, & totius vitę tuę iudicium libenter promulgat fama Populorum. Tanti eſt, Principem habere qui Platonis conſilio, Muſis conjunctim & Gratiis litarit! Tanti, ſummum Pontificem regnare, qui ſtudia ſua abſque faſtu & æmulo maxima, pari morum ſuauitate, & comitate temperarit? Et verò quanti fędus iſtud Muſas inter & Charites, pluſquam Gordiano nexu ictum à te & per-

cuſſum, PONTIFEX OPTIME, faciendum ſit, nemini vel leuiter in id intuenti, non maxime perſpectum eſſe poteſt. Cùm videamus huius beneficio, non ſolum virtutum tuarum ſuauitatem, ea dulcedine condiri, eo candore miſceri, ac moderatione concinnari, vt nihil in te, nec ſordidum ad eloquentiam, nec inſuaue ad doctrinam, nec ab ingenuâ & liberali indole, deflectens ad mores quicquam, vel animaduertatur, vel in ſuſpicionem cadat. Sed habitum inſuper & animum Diuę, iſtæ tibi efformarunt, iuris vtriuſque cognitione, legumque pręſcriptionibus, & prudentum

reſponſis, ſic ad ęquitatem inſtructum, vt ipſa ſi loqui poſſet Iuriſprudentia, non certiùs aut copioſiùs, aut majori cum dignitate videretur ſenſus ſuos explicatura, quàm à te quondam, in maximis difficultatibus & muniis, cùm hic & alibi locorum in Italia, tum Lutetiæ & in Gallia noſtra patefacti ſunt: vbi cuncta non ſemel in doctorum virorum circulis & iuſtitiæ Tribunalibus protuliſti, quæ in hac arte, aut cogitari prudenter, aut diſputari acriter, aut certò definiri ac ſtatui poſſunt. Hæ vero, nimirum Charites, curam & beneuolentiam tuam, bonis omnibus, præcipue verò

literarum, & doctrinæ ſtudioſis, conciliarunt, qua & præſentis ſæculi felicitas, & Nominis, ac Pontificatus tui æternitas videntur potiſſimùm cõſtare. Cui enim Cęlum aut lubentiùs laboret, aut gloriosiùs famuletur, quàm ei, qui viros omnes Heliconis auræ pleniùs compotes, diuino ſuæ liberalitatis influxu, continuo fouet, & reficit? Quem alium coronet ambitu ſeculorum & temporum infinito decurſu, quàm eum, qui Faſtos ętatis ſuæ, tot Nominibus præclaris ditat, tot virtutibus illuſtrat, tot facinoribus immortalitati conſecrat? Equidem ſi Regi Theodorico ad Argolicum

ſcribenti, nihil tam egregium habebatur, quàm feciſſe felicem, & eo vſque promouiſſe homines, quo ſe erecti ſtupeant attigiſſe; mihi certè præclarius longè videtur ἀκλείστους θύρας παρέχειν σοφοῖς ἀνδράσι, quod tibi poſt Veſpaſianũ Imperatorẽ, PONTIFEX MAXIME, & nulli alteri hâc tempeſtate, iure merito attribuendum eſt. Nam videre licet reliquos Orbis terræ Principes, diuerſis bellorum tumultibus implicitos, & irretitos, vni tantum Marti litare, & otium libris, inducias Muſis, hominibúſque literatis ſilentium indixiſſe, te vero velut in Iarchæ ſolio ſedentem, & de Tantali fonte potantem,

potantem, Appollonios omnes, viros nempe doctiores, & inter præcipua ſeculi tui ornamenta recenſendos, ad conſpectum, & colloquium, & communes ſtudiorum epulas mille donis, & blanditiis allicere, allectos retinere, retentos fouere; vt Roma, te ſupremum Pontificem agente, facta ſit velut altera Cariadſephet, quæ dicebatur Ciuitas literarum; velut Abela, in qua licitum fuit de omnibus interrogare, velut Bruchium illud Ægypti, quod Ammiano dicebatur ſupremum literatorum domicilium: aut quemadmodum locus hic in Æthiopia ab apparatis ſemper epulis

ἡλίȣ τράπεζα appellatus, ex quo licebat vnicuique deſumere quod liberet: ac demùm velut Græcorum Athenæ, quarum aër adeò purus, & pellucidus erat, ac probè temperata Cæli & Soli conſtitutio, vt ingenium omne quod ἀμαθὲς eſſet εὐμαθὲς, quod iam εὐμαθὲς per ſe foret, longè εὐμαθεςέρον efficerent. Sed hanc tuam Vrbem Imperij vt literarum ſedem, cùm toto Orbe ampliſſimis, & doctiorum virorum concurſu celeberrimis Ciuitatibus Conſtantinopoli, Beryto, Alexandria, Athenis, Carthagine, quiuis alius pro voto cõponat, dummodo mihi, quod experientiâ propria veriſſimũ

eſſe deprehendi, ingenuè fateri liceat, iſtam nempe Tripodis inſtar eſſe Delphicæ, quã vt quiſque primùm conſcenderit, ſtatim velut afflatu quodam diuino, eius ſeſe vis ingenij luculentior exerat: aut homines huius ſolo contactu Antæis omnino ſimiles effici, & nouas vires, audaciorémque, & alacriorem animum concipere. Quamquam non ex Ciuitatis tantum fato, ſed ex omine tui Nominis, ac communi velut Vrbanorum augurio, quod literis, & libris, & literatis omnibus felix ſemper, ac dextrum & lætum extitit, eorum qui nunc ſub tuis ſignis, & auſpiciis,

Muſarum Caſtra frequentant, omni genere bonorum cumulata vitæ conditio æſtimanda veniat. Etenim præterquàm quod, videmus eos omnes, qui ſimile nomen, ad eam quam nunc ſuſtines dignitatem attulere, hoc etiam commune obtinuiſſe, vt Iuris Ciuilis & Canonici laurea, magna cum virtutis ipſorum & gloriæ teſtificatione donati fuerint; aut in vtriúſque ſtudiis & cognitione, præter reliquorum ſortem, & conatum excelluerint; ipſi quoque habuerunt in votis, quocunque tandem modo iuuare literas, & ipſarum Profeſſores, à contemptu & inopiâ liberare. Nam, vt ad Vr-

bani Primi ſecula mẽtem paululùm reflectam, dùm ipſe rebus humanis, ac diuinis morem imponeret, neſcio quo caſu, ſed fauſtiſſimo tamen euentu, Sacrorum Voluminum ſexta editio, in Nicopoli Ciuitate ad orientem ſita, apud Actium littus inuẽta eſt, quod monumentis ſuis conſignauit Euſebius, & ex ipſo, ſcriptores diuerſi tranſtulere. Vrbanus verò ſecundus, Diuum Brunonem, quem pietatis cauſa vt ſanctum coluit, & Doctrinæ gratia vt literatum ſuſpexit: Iuonem præterea Carnotenſem Epiſcopum, cuius graues Epiſtolæ & decreta, doctorum manibus quotidie te-

runtur; ac Guillelmum Appulum Poëtam tunc celeberrimum, omni ſtudio, & beneuolentia fouit. Qui tertius poſteà, hoc idem Vrbani Nomen cũ nouâ dignitate ſimul aſſumpſit, Gottifridum Viterbienſem Preſbyterum, Hiſtoriarum ab Orbe condito laborioſâ recenſione nobilem, in deliciis habuit. Vrbanus quartus, Diuo Thomæ variis vt de rebus ſcriberet, Autor extitit, ipſumque Romam euocauit. Et Thierricum, aut ſi mauis Theodoricum Vallicolorem, non infimi aut abjecti ſpiritûs Poëtam, ſibi commendatiſſimum fuiſſe, modis omnibus teſtatus eſt. Petrarcham verò,

hominem prope diuinum, antiquis parem, & ſeculo ſuo majorem, cui Poëſis, Philoſophia, Humaniores litteræ, ac Eloquentia, primam ſui in Italia reſtaurationem acceptã ferunt, tam blanda & incredibili beneuolentiâ complexus eſt, qui tunc temporis ſedebat Vrbanus Quintus, vt quemadmodum ille nuſquam ſuis beneficiis, ſic nec ipſe gratiarum actionibus finem impoſuerit. Eodem propemodũ affectu Vrbanus ſextus Baldum Peruſinum inſignem Iuriſconſultum, Theodoricum à Niem, & Catharinam Senenſem, vltra ſexum ſuum eruditam, proſecutus eſt: idemque

profectò feciſſet Vrbanus ſeptimus, qui maximos & laurea doctorali quam iuuenis accepit, digniſſimos in vtráque Iuris Ciuilis & Canonici diſciplina progreſſus fecerat, niſi fata bonorum omnium, ac literatorum ſpes alioqui non vanas, aut futiles, in eius præmaturo obitu, heu feſtinanter nimis & acerbè præcidiſſent. Tu verò VRBANE OCTAVE, Heros optime, Maxime, ingeniorum liberalis educator, Artiúmque omnium & elegantiarum Pater; ac veræ virtutis æſtimator, dum liberalitatem tuam temporum felicitati parem efficere conſtituiſti, non vnum aut alterum foues,

& amplecteris, ſed præclarus vtique literatorum hoſpes & æmulus, idem omnino feciſti de ſcientiis & doctrina, quod Imperator Iuſtinianus de ſacra purpura, quam cùm diuidi paſſim videret, & quotidiano priuatorum vſu pollui, quicquid erat vſpiam purpuræ inferri Palatio iuſſit, nec alibi quàm ibidem honoratioribus Aulæ miniſtris, & Comitibus diſtrahi. Quidquid enim Eruditionis & Doctrinæ per hanc Vrbem diſſeminatum erat, quicquid in Italia præclarum, aut alibi florens, & omni genere eruditionis maximoperè conſpicuum apparebat, vnà cum *Aleandris*, *Lauris*, *Bo-*

nacinis, Querengis, Ciampolis, Maſcardis, Schacchis, Hilarionibus, Caetanis, Bzouiis, Riccardis, Iuſtinianis, Arcudiis, Oregiis, Palauicinis, Tomeis, Caryophilis, Suareſiis, Doniis, Conæis, Holſteniis, Bouchardis, Allatiis, Bandieris, Caſtellis, Alſariis, Manelfis, Baldis, Seruiis, Gualdis, Meneſtrieris, Chiffeldiis, Lãpugnanis, Et quis tandem reliquos enumeret? Vnius tantum Palatij, & Bibliothecæ tuæ, ac Collegij Sapientiæ finibus concluſiſti. Quo facto, Dij Immortales, quantam expectationem concitaſti? qualem ſpem iniecisti hominibus noſtris, vt ſeculum hoc in quod incidimus,

non dubitent felix, atque aureum à Poſteris aliquandò iri appellatum, in quo, ea ſcientiarum monumenta, partim tuo Marte, & Beatiſſima Ingenij venâ: partim etiam tuo ductu, liberalitate, auſpiciis & beneuolentia, ſempiternæ hominum memoriæ conſecrata ſint: quæ te vnum, poſt infinitos alios Reipublicæ Chriſtianę Gubernaculis admotũ, & feliciter Muſas exercuiſſe, & luculenter fouiſſe, ſemper annorum, & vbique gentium, magna ac propemodum diuina cum tui Nominis laude, repræſentent. Nam vt rectè monebat Eumenius Rhetor, inter omnia quæ virtute Prin-

cipum, ac felicitate recreantur, ſint licet fortaſſe alia, magnitudine atque vtilitate potiora, nihil eſt tamen admirabilius, hac liberalitate, quam fouendis honorandiſque literarũ ſtudiis impertiuntur. Sed cum iſtud ſemper maximum, & animi tui generosâ Indole digniſſimum extiterit, quod ambitiosè ſuſcepiſti, vendicare à contemptu eruditionem, quæ ſeculi calamitate, non ex merito premebatur. Hoc verò gloriosũm tibi fuit, & plauſibile, hoc popularis auræ feruens incitamentum: hoc ad virtutis & Iuſtitię defenſionem aptum; & ad memoriam poſteritatis ampliſſimum, &

ad commouenda aliorum ſtudia acerrimum, quod in CAMPANELLAM peculiari quadam diligentia beneficus extiteris; Quòd quantum opis & fauoris à te ſolo expectabat, tantum ipſi lubens indulſeris: Quòd ſtudiorum & vitæ ſuæ commodis, Muſas non tantum argenteas, quales ipſas deſcribebat Pindarus, ſed penitùs aureas adeſſe volueris: denique quod ipſum vitæ, libertati, Patriæ, famæ, parentibus, amicis, ſtudiis, libris, Sodalitio, Romæ, & Orbi tandem vniuerſo reddideris. Propoſitum enim regale eſt, preſſis labe fortunæ, pietatis remedio ſubuenire, & acerbos

caſus iniuriæ, meliori ſorte mutare, rectéque animatum fuiſſe oportet Plinium Iuniorem, cui pulchrum in primis videbatur, non pati occidere quibus æternitas debebatur. Iam verò, ſi quis vnquam dignus extitit, qui tecum BEATISSIME PONTIFEX, in arocem Honoris & gloriæ conſcenderet: Qui famam, quam tuis verſibus politiſſimis & ero tundatis, ac nouæ Poëſeos inuentione tibi comparaſti, noua quoque Philoſophandi ratione, & generali ſcientiarum inſtauratione, tibi conciliaret; cuius demùm memoriam grata poſteritas, nunquam intermori pateretur, is eſt profectò

THOMAS CAMPANELLA gente Calaber, Patria Stylenſis, profeſſione Dominicanus, cuius vitæ candorem & innocentiam tua BEATISSIME PATER Iuſtitia detegit, & confirmat; Patientiam humanâ majorem, perpetui viginti ſex annorum carceres extollunt: Ingenium vltra communes ſcientiarum terminos longè præteruectum, infiniti libri teſtantur, Nominis denique famam & celebritatem cuiuſuis alterius ampliſſima, magis auguſtam, & extenſam homines vniuerſi loquuntur. Nec enim illi contigit, quod ventis ſolet, qui, cùm vnde oriuntur, ibi vehementiſſimi

ſint, ad longinqua nihilominus, fracti ferè debilitatiſque perueniunt; ſed, quòd rapidiſſimis, vaſtæque molis, & altitudinis fluminibus, quę cum ab ortu ipſo magna ſint, perpetuò tamen aucta & tumefacta progreſſu, eò majores vndas voluunt, quo longiùs, & remotiùs ab origine deferuntur. Cùm eruditionis ſuæ magnitudo, non vnius Italiæ, aut Calabriæ finibus interclusa permanſerit, ſed montes ac maria velociſſimè penetrarit, & Germanos ęquè ac Hiſpanos, in ſtuporem, Gallos verò, non ineptos rerum ęſtimatores in admirationem dudum ipſa rapuerit; vt Iure meritò

poſſit abſoluta exiſtimari, de qua tanta diuerſitate Regionum, ſic conſpirantia, & conſentientia hominum Iudicia videntur proferri. Huius verò mutui conſenſus teſtes appello omnes exteras Nationes, quę mirâ cupiditate flagrantes, propiùs intuendi quæcumque de ipſo relata vix credebant, procul à remotiſſimis oris illuc profectæ, tam ingentis, & per omnia diffuſæ eruditionis admiratione obſtupuerunt; minorémque Famam damnauerunt. Et tu mea Gallia, vt armorum ſic literarum laude beatiſſima, tu Potentiſſimi Regni caput Chriſtianiſſimi, ac

inuictiſſimi Regis ſedes, cæterarum Vrbium quotquot in Orbe ſunt ampliſſima.

Parrhiſius Cyrrhæa Viris,
Chryſæa metallis,
Græca libris, Inda ſtudiis,
Romana Poëtis,
Attica terra Sophis, mundi-
Roſa, Balſamus Orbis.

Vos etiam reliquæ Vrbes & Academiæ, ſtudiorum cultu & Profeſſorum famâ celeberrimæ, Pictauienſis, Monſpelienſis, Cadomenſis, Andegauenſis, Bituricenſis, Burdegalenſis, Aurelianenſis, Aquenſis, Tholoſana, quamdiù eſt quod eius notitiam habetis, libros euoluitis, ingenium ad

omnia factum admiramini? At, quid vos elingues diutiùs cõpello, quid ad vota, quid ad ſortes & ſuffragia perperam aduoco? Armaria quidem veſtra, thecas, Pluteos, libris ſuis onuſtos oſtendere poteſtis, effari verò non poteſtis. Loquamini igitur vos potius ipſarum alumni, & luciniæ & decora, *Erice Memmi*, Præſes Ampliſſime, Doctiſſime, diſertiſſiméque, *Thuane*, *Puteani*, *Cordae*, *Peireſci*, *Gaulmine*, *Lhuilleri*, *Bullialde*, *Mottae*, *Diodate*, *Slingelande*, *Auberte*, *Gaſſende*, *Mercenne*, *Riolane*, *Morae*, *Patine*, & quicunque alij ſtudiorum rationes, & doctorum libros, &

ſcientiarum progreſſus, acri cenſurâ, libero voto, perſpicaci iudicio, quotidie examinatis; dicite quid & quantùm eius animo, virtuti, doctrinæ, nouis cogitationibus, tribuendum cenſetis? quam opinionem de libris editis, quam ſpem de edendis concepiſtis? quod deſiderium hunc inuiſendi, quod votum iuuandi, non ſemel habuiſtis? quantùm denique vobis arriſerit eius Philoſophia, quantùm placuerit Polymatheia, quàm mirabilis ſua fortitudo, & conſtantia vobis viſa fuerit, hoc tempore quo maximè neceſſum eſt, iſta palam fieri: hoc loco, quo valdè congruũ

iſta recenſeri, libenter in medium adducite. Eget ſiquidem non mediocriter iſtâ commendatione, & fideli relatione veſter CAMPANELLA, vt qui iampridem vobis & exteris omnibus innotuit, ſuis quoque tandem aliquandò poſſit innoteſcere. Mirum ſanè virum hunc, quo doctior fingi ne voto quidem poteſt, communi tamen reliquorum fato ſubijci, & qui virtutis, ac conſtantiæ ſuæ confeſſionem, in medio tormentorum, & contentione Carnificum, ab inimicis elicere potuit, eamdem eruditionis & doctrinæ, in æſtu diſputationis, & feruore concionis, & multifa-

ria librorum compoſitione, ab amicis ſuis obtinere non poſſe. Quis enim hic vocum ſuarum ac ſermonis dignitatem? quis impetus cæleſtes, aut ſententias ſublimes? quis tot præcepta, tot Oracula examinat, quæ ſi in Platone, aut Ariſtotele occurrerent, digna ea, quibus vitam, quibus mores quiſque noſtrûm emendaret, crederemus. At hoc prauum valdè & iniquum eſt, non admirari hominem admiratione digniſſimum, quia videre eum, alloqui, audire complecti, atque etiam amare contingit: Quodque ſi familiaritatis eius accidat frequentia, non bene ſanum, ſi ſtudiorum ignora-

tione, ſtupidum; ſi meritorum inuidia, malignum. Si quacúnque tandem alia de cauſa fiat, ingratum prorſus ipſorum qui talia committunt animum, clariſſimè ſubindicat, & patefacit. Ingratos enim ſemper exiſtimaui, non eos modo qui prouocati beneficiis gratiam nullam referre ſtuderent, ſed omnes illos qui, quibus in viris aliquam virtutis exuperantiã animaduertiſſent, non eos omni obſeruantia colere, omnibus modis ornare, omni denique genere prędicationis celeberrimos efficere contenderent. Indulge igitur, PONTIFEX MAXIME, quando in hunc

ſermonem incidi, ſi ſuſceptam hanc pro CAMPANELLÆ libertate gratiarum actionem paululum intermitto, vt hoc loco maxime conuenienti, pauca de tanto Heroë, ſtrictim, & velut Canis Ægyptius lambendo, in medium afferam; quò beneficij magnitudinem augere poſſim, dùm oſtendo liberalitati tuæ ſummam ineſſe rationem; & ſimul Romanis ac Italis omnibus patefacere, quî fieri potuit, vt concepti ex eâ re gaudij vis, non vicinarum ſe Regionum ac Prouinciarum finibus continuerit, ſed Solis inſtar, omnia ſimul vt exortus eſt, luce ſuâ complentis, ad

remotiſſimas gentes, & poſita in ipſis Chriſtianæ ditionis finibus Regna, admirabili celeritate penetrauit. Atque, vt inde repetam narrationis iſtius exordium, vndè primam Nominis & gloriæ ſuæ occaſionem ſibi perpetuò repetendam eſſe, CAMPANELLA noſter exiſtimauit; Natus eſt Styli, quæ Ciuitas eſt in radicibus Appennini, imminens Promontorio Zephyrio, & in hoc Italiæ partis meditullio conſtituta, quæ nunc Calabriæ, olim verò magnæ Græciæ nomine cenſebatur. Quod equidem arbitrari maximè cõſentaneum eſt, non humanâ tantum, ſed altiori quadam

ratione, & diuino prorsùs conconſilio factum fuiſſe, vt quæ Prouincia Pythagoram Olim docentem habuerit, eiuſque ſcholæ infinitos fermè diſcipulos tradiderit, Archytam, Eudoxum, Timæum, Parmenidem, Zenonem, Leucippum, Philolaum, alioſque celeberrimi nominis Philoſophos, quorum nulla tam inuida poſteritas erit, nullæ tam immemores literæ reperientur, vt de laudibus eorum maximis poſſint conticeſcere. Eadem iterum CAMPANELLAM, nullis ipſorum inferiorem, poſt tot ſeculorum decurſus producendo, documentum exhiberet infimæ & plebeiæ men-

tis hominibus, non eſſe naturam, quod falsò plerique queruntur, ita ſuperiorum ſeculorum fæcunditate exhauſtam, vt nihil amplius pariat & procreet Heroïcis ſimile temporibus. Eadem eſt nimirum, ſemper, & vbique ſui ſimilis, nec minus potens quàm olim, neque minus ad gignenda & alenda præclara ingenia efficax. Quinimmò valentiorem illam in dies fieri perſuaſum eſſe nobis debet, continuo ſcilicet illo robore adiutam & confirmatam, quod ſenſim per tot ſæcula accreuit. Hac igitur in Antiquioris Philoſophiæ velut Orcheſtra natus, & ſenſim educatus, recentioris in-

ſtaurator: vix dùm ex ephebis exceſſerat, & plenæ pubertatis annos emenſus fuerat; cùm interim vt tellus vernâ temperie pluribus variatur floribus; agrorumque planities diuerſi-coloribus herbulis mirandum in modum picturata cernitur, ſic ille primum ætatis ſuæ florem, ſcientiarum omnium coloribus adeò variè diſtinctum, atque exornatum ad Philoſophiam attulit: vt quæ ſemper præcipua laus virorum habita eſt, & in oratione ſatis eloquens, & in diſcurſu valde copioſus, & quacumque de re tandem ageretur, abundè facundus exiſteret. Poſtquam verò Philoſo-

phiæ limen ſalutauit, ſic auidâ mente, & capaci memoriâ, & ingenio ad maxima quæque, & incredibilia ſufficienti, in ſectarũ omniũ diuerſitatem, Philoſophorum ętates, opinionũ ſucceſſiones, Pythagoræ numeros, Empedoclis litem, Democriti corpuſcula, Platonis figuras, Ariſtotelis formas, Alchindi radios, Teleſij calorem, Iordani monadem, Patritij lumen, Mirandulani cabalam, Bachonis magiam, Gilberti magnetiſmum, & cæterorum Principia, Concluſiones, ac Theoremata penetrauit, vt hunc, non ab arte factum ad hęc ſtudia, ſed ab ipſâmet Natura efformatum;

nec vulgares huius ſcientiæ doctores nactum fuiſſe, ſed nobiliores quoſuis & altioris ſpiritus antiquos Heroas, Socratem domi, Platonem in Academia, Ariſtotelem in Lyceo, Theophraſtum in Hortis, Zenonem in Porticu docentes audiuiſſe, nemini propius in tot varias Philoſophandi rationes quas ipſe poſſidet, intuenti, non perſuaſum eſſe poſſit. Sed non hic ſtetit iuuenis ad quamlibet doctrinam deguſtandam propenſi, & inexplebiliter hiantis impetus: parúmque ſibi videbatur Triuium, & Quadriuium ſuperaſſe; parum ſolerti quadam ratione temporum ambitus, ven-

torum flatus, ſtellarum meatus, tonitruum ſonora miracula, ſiderum obliqua curricula, Solis annua reuerticula; itémque Lunæ vel naſcentis incrementa, vel ſeneſcentis diſpendia, vel delinquentis obſtacula deprehendiſſe, & ſubtiliter inueſtigaſſe, niſi integrum Diſciplinarum orbem penitus abſolueret ex Theologorum arcanis, Medicorum Myrolheciis, Iuriſconſultorum Pronuntiatis, Poëtarum ſententiis, Oratorum luminibus, Mathematicorum Axiomatis, & ex omni vetuſtiorum Authorum ac Antiquitatis aceruo; vt non tam Argus oculatus; aut lucernâ ſua

luminoſus Ariſtarchus ; aut tantus inueſtigator ac perſcrutator ſuo conto Thyphis extiterit, quàm ipſe multiſcius & Polyhiſtor hac ſtudiorum varietate, & contentione laboris, & memoriæ felicitate euaſerat. Nihil enim vnquam legerat, quod non ſtatim meminiſſet; nihil tam abditum & obſcurum in vllo vetere ſcriptore deprehenderat, de quo ſemel interrogatus facilè non reſponderet: Hiſtorias omnium populorum, omnium ætatum ſucceſſiones, Imperiorum mutationes, Eccleſiæ veteris ritus & cæremonias, præſentis Quæſtiones & controuerſias, in numerato habebat:

Animaliũ, Plantarũ, metallorũ, omniumque rerum naturaliũ proprietates, differentias & appellationes, quà veteres, quà recentes tenebat: locorum denique ſitus, Prouinciarũ fines; & varias illarum diuiſiones ad vnguem callebat, & nullam diſciplinarum, ſcientiarúmque reliquerat intactam. Vndè, ſi magno ſemper in pretio atque exiſtimatione Tibicen quidam Antigenidas dictus, apud veteres extitit, quòd omnis voculæ melleus eſſet modulator, & idem omnimodis peritus modificator, ſeu ipſi vellent Æolium ſimplex, ſeu Aſium varium, ſeu Lidium querulum, ſeu Phrygium Religio-

ſum, ſeu Dorium bellicoſum. Sanè, non minoris tunc habendus erat CAMPANELLA, qui non pluriformi quidem modo, aut multiforatili tibia, vt Antigenidas, vel Hyagnis varios concentus edere poterat, ſed tot diuerſas res, tot exempla varia, tot ſcientias diſſimiles, & Antiquitatis monumenta, tempore diſtincta, loco ſejuncta, libris & authoribus ſeparata, in medium afferre, vt vel Magiæ ſuſpectus haberetur, quemadmodum Critonius & Petrarcha, vel ebrius & inſanus exiſtimaretur, vt quondam Apoſtoli: vel tandem ingenium ex meliori quodam Promethei lu-

to, atque Platonis auro temperatum à Natura obtinuiſſe crederetur; vt Ariſtoteles olim, Cicero, Diuus Auguſtinus, Picus Mirandulanus & alij. Quod veriùs, & rationi magis conſentaneum eſſe iudico. Nam ſicut in auro reliquorum metallorum dotes, & præcipuæ virtutes poteſtate reperiuntur, ſic in ipſo συλλήβδην, vt aiunt coniunctum fuit, quidquid in aliis per partes miramur. Et cùm in ſingulis egregium eſſe raro contingat: Hic, ſic excellit in omnibus, vt longè præcurrat in ſingulis, ſi illum cum cæteris conferas, ſin eundem ſecum componas, in nullis præmineat; tanta

eſt rerum omnium ſummarum in illo temperatura. Et verò quantus olim fuerit, ex iis quæ nunc in ipſo deprehenduntur, facile eſt intelligere; cùm in tædio carceris, & vicinia mortis, ſtudioſos quidem ſuis inuentis, & liberis animi cogitationibus iuuare, ipſorũ verò libris & meditationibus adiuuari nullo modo potuerit. Vnde, quæ nunc facit, & hæc ipſa ante triginta annos feciſſe: & quomodo nunc diſcurrit, eodem omninò locutum fuiſſe arbitrandum eſt. Iam verò, exploratum tibi eſt, BEATISSIME PONTIFEX, quam ſeſe in præſentia ore ferat, quàm forti pectore & armis ad

digladiationes ſcholaſticas, & conciones, & Academicas diſceptationes, & quaſuis non meditatas dicẽdi, docendique occaſiones; frequenter accedat. In quibus, non fundit ille orationes de ſummo ore ſtillantes; non infantiles diſcurſus, aut hæſitantes, & vix eluctantes è dentium repagulis & loquelæ machinulis ſermones; non moras innectit auidis auditoribus, non fugitantes è mente ſua nouas cogitationes leui quâdam tuſſiculâ reuocat, ſed euocat omnium mentes è cerebro in auriculas, eáſque tot catenulis adeò vehementer & feſtinanter irretit, tot blandiciis allicit, tot floſculis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

demulcet, tot ſententiis & orationibus perſuadet, vt non modò Hercules Italicus; non Carneades Stylenſis, non Gorgias Calaber; aut Hippias Dominicanus; ſed potentiſſimus & aurium & ingeniorum Tyrannus cenſeri debeat; adeo nos omnes cogit in ſui admirationem, dum nunquam areſcit, & ea ſemper in labiis habet, quæ nihilominus ex intimo pectore depromit? Sanè, cum tantam in vno homine ſcientiarum vbertatem mecum ipſe reputo, venit mihi in mentem Palmæ illius Indicæ, quam referunt ſcriptores prodigioſâ fœcũditate res omnes ad humanæ vitæ cultum neceſſarias ſuppeditare: ſcindi-

tur enim lignũ in aſſeres, acuicuitur in clauos, erigitur in malum, tornatur in remos, in tabulata diſponitur: Folia macerantur in ſtupas, girantur in funiculos, texuntur in vela, formantur in imbrices, in rudentes exporrigũtur: ipſe arboris liquor ſtillat in vinum, pingueſcit in oleum, corrumpitur in acetum, denſatur in saccharum, in cremorem lacteſcit: ſed inter cæteras dotes eius fructum magis miror, quem coccum dicunt. Is non modo à plebe, ſed à Regibus, & Principibus viris tanti æſtimatur, vt ex ipſo pocula quædam auro argentóque cælata, & in triremium figuram conforma-

ta, cùm ſalubritatis, tum pulchritudinis, & elegantiæ gratia conficiant. CAMPANELLA ſiquidem haud peregrini, ſed natiui tui ſoli, PONTIFEX MAXIME, Palma eſt, ex quâ, non trecentæ tantum & ſexaginta promanāt vtilitates, ſed omnes artes & ſciētiæ, ipſarúmque infinitæ concluſiones in communem vſum & vtilitatem, ſeſe facili negocio diffundant. Palma eſt, ſed Quercû Dodonæa, & Lauro Delphica longè preſtantior, à quâ de rebus cunctis, & omnium ſcibilium genere, non occulta, vel Mæandris & ænigmatibus implicita, ſed aperto & facili ſermone redduntur Oracula. Vnde ſi

Prytanæum nunc, aut Gymnaſia Areopagitica, vel Romanorum Bibliothecas haberemus, in quibus Clariſſimorum virorum imagines eleganter depictæ,& propriis quibuſdam notis ſigillatim diſtinctæ cernebantur, vt Leucippi ceruice curuâ, Arati pandâ, Zenonis fronte contractâ, Epicuri cutè diſtentâ, Diogenis barba comante, Socratis comâ candente, Ariſtotelis brachio exerto, Xenocratis crure collecto, Heracliti fletu oculis clauſis, Democriti riſu labiis apertis, Chriſippi manibus propter numerorum indicia conſtrictis, Euclidis propter menſurarũ ſpatia laxatis, Cleã-

this denique propter vtrunque corroſis, Multum profectò nobis deſudandum eſſet, quo tandem peculiari ſigno CAMPANELLÆ noſtri Statuã ab aliorum ſapientum ſimulachris diſtinguere poſſemus; Cùm horum omnium peculiares artes & artium notas vnus ſibi vendicet; teneátque cum Archimede ſpecula, cum Euclide Menſuras, cum Dædalo Circinum, cum Boëtio plectrum, cum Zetho pondera, cum Ptolomæo aſtrolabium, ſphæram etiam cum Theodoſio, trullam cum Vitruuio, Machinulas cũ Herone Moly, Anthora Panacæam, cum Hippocrate, Tubum opticum, cum Galilęo,

Pixidem marinam cum Columbo, Quadratum Geometricum, cum Purbachio, Ephemerides cum Regiomonte, Rhabdologiam cum Nepero, Magnetem cum Gilberto, & artium omnium vectes, rotulas & ferramenta cum Hippia Philoſopho, cuius gloria magna, fortuna modica, ingenium nobile, memoria excellens, ſtudia varia, æmuli multi, ab Authore Floridorum floridè ſatis & eleganter deſcribuntur. Quemadmodum verò, Magnæ illæ mentes & ſponte Naturæ per omnium penè rerum ſeriem patentes, multa ſæpè loquuntur in ęſtu Concionum, & profluuio verbo-

rum, quæ velut Apollinis loxias oracula, non à cunctis facile percipiuntur, Populóſque vel effusâ lætitia ſi ſperandum, vel metu quodam & perturbatione repentina, ſi timendum ſit, violenter afficiunt: vndè graues nonnunquam ac periculoſi rerum euentus conſequuntur: Regnorúmq; mutationes, & Populorum motus ac ſeditiones eueniunt. Ita ſanè, neſcio quo fato contigit, vt periclitantibus & exulceratis valdè, Regni Neapolitani, & totius Calabriæ rebus; dùm Epiſcopi cum Regiis Magiſtatibus de priuilegiis, & Iuriſdictione digladiarentur; dum exules penè innumeri, à quo-

dam Euno vel Spartaco congregati, non contemnendas exitioſi Belli ſuſpiciones inijcerent; dum ipſe Piratarum famoſiſſimus Cigala, cum inſtructa Claſſe, toti Prouinciæ, Priuatorum inter ſe odiis, eluuionibus, peſte, terræ motu, penitùs conuulſæ immineret; Accidit inquam, vt CAMPANELLA, cui tunc velut oraculo credebatur, altius quodammodo Philoſophari vellet, & motuum huiuſmodi ac periculorum cauſã ex Fatorũ arcanis, Cæleſtium influxibus, atque virorum quorundam ſanctitate inſignium effatis, inquirere. Oſtendebat enim, non quidẽ ex Reuelationibus Lol-

lardi, Sauonarolę, aut Abbatis Ioachimi, quæ plerúmque nihil præter deliramenta continent, ſed ex totiùs Cæli ac Terrę Metaſchematiſmis, & obſeruationibus Aſtronomicis Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum, Arabum, Latinorum, magnas imminere mutationes, & fortè ea quæ Chriſtus de ſignis in Sole & Luna futuris prædixerat, tunc maximè ſuum finem & effectum ſortiri debere; cum æquinoctia, vt tunc dicebat, & ſolſtitia, tempus ſolitum ac ordinem, octo iam ſupra viginti gradibus anticipauerint; Planetæ Terreſtri Globo propinquiores multò quàm antea fa-

cti ſint ; Apogæa & Perigæa ſitum in poſteriora mutauerint, nec adhuc certò exploratum ſit, num ipſimet Poli, ſedibus excuſſi, ac conuulſi fuerint: hæc enim dùm Entuſiaſmo quodam, & diuino quaſi furore in Cælum raptus efferebat, dum peſtis, Eluuionum, famis, & monſtrorum quę tunc frequenter graſſabantur, latentes cauſas inquirebat, & de ipſis mutationibus, quarum iam ſcintillę volitabant, publicis in concionibus, & amicorum cõfabulationibus non ſatis cautè loqueretur; Ecce quod Proregi Neapolitano denunciatur, & propter hos ſermones, quos de mutationibus habuerat, tã-

quam ipſe Regnum mutaturus eſſet, in carcerem conijcitur. Atque hunc quem paulò ante doctrina erexerat ad laudem, virtus extulerat ad gloriam, Populus vocarat ad honorem, eundem paucorum timor Reipublicæ ſaluti conſulentium, depulit ad calamitatem. Adeo (quemadmodum nuper Gaulminus dicebat) infelix eſt eruditio, ſcire quod multi neſciunt, periculoſa etiã, intelligere quod omnes ignorant! Habeo tamen, quo Iudices ſuos, omni fere culpâ liberem, poſtquam lex eſt apud grauiores Politicos, omne magnum exemplum aliquid habere ex iniquo; Incipiebant enim

enim perditorum quorumdam conſilia, malis euigilata cogitationibus, in apertum prorumpere; quorum iam pernicies ſe tam latè diffuderat, vt multos etiam qui nihil tale cogitauerant, aſpergeret infamia; & eùm inter cæteros, præcipuè coniurationis reum argueret, qui tam frequenter, & libere, & perite, de cauſis eius diſſeruerat, vt non tanquam Philoſophus eas ſollerter inueſtigaſſe, ſed velut conſiliorum ſocius & particeps, ab ipſiſmet tam nefandi ſceleris ducibus, ipſas accepiſſe videretur. Interim verò Heroïs noſtri toto Orbe celeberrimi detentio, longiùs multum, quàm euen-

demulcet, tot ſententiis & orationibus perſuadet, vt non modò Hercules Italicus; non Carneades Stylenſis, non Gorgias Calaber; aut Hippias Dominicanus; ſed potentiſſimus & aurium & ingeniorum Tyrannus cenſeri debeat; adeo nos omnes cogit in ſui admirationem, dum nunquam areſcit, & ea ſemper in labiis habet, quæ nihilominus ex intimo pectore depromit? Sanè, cum tantam in vno homine ſcientiarum vbertatem mecum ipſe reputo, venit mihi in mentem Palmæ illius Indicæ, quam referunt ſcriptores prodigioſâ fœcũditate res omnes ad humanæ vitæ cultum neceſſarias ſuppeditare: ſcindi-

tur enim lignũ in aſſeres, acuicuitur in clauos, erigitur in malum, tornatur in remos, in tabulata diſponitur: Folia macerantur in ſtupas, girantur in funiculos, texuntur in vela, formantur in imbrices, in rudentes exporrigũtur: ipſe arboris liquor ſtillat in vinum, pingueſcit in oleum, corrumpitur in acetum, denſatur in ſaccharum, in cremorem lacteſcit: ſed inter cæteras dotes eius fructum magis miror, quem coccum dicunt. Is non modo à plebe, ſed à Regibus, & Principibus viris tanti æſtimatur, vt ex ipſo pocula quædam auro argentóque cælata, & in triremium figuram conforma-

ta, cùm ſalubritatis, tum pulchritudinis, & elegantiæ gratia conficiant. CAMPANELLA ſiquidem haud peregrini, ſed natiui tui ſoli, PONTIFEX MAXIME, Palma eſt, ex quâ, non trecentæ tantum & ſexaginta promanāt vtilitates, ſed omnes artes & ſciētiæ, ipſarúmque infinitæ concluſiones in communem vſum & vtilitatem, ſeſe facili negocio diffundant. Palma eſt, ſed Quercû Dodonæa, & Lauro Delphica longè præſtantior, à quâ de rebus cunctis, & omnium ſcibilium genere, non occulta, vel Mæandris & ænigmatibus implicita, ſed aperto & facili ſermone redduntur Oracula. Vnde ſi

Prytanæum nunc, aut Gymnaſia Areopagitica, vel Romanorum Bibliothecas haberemus, in quibus Clariſſimorum virorum imagines eleganter depictæ,& propriis quibuſdam notis ſigillatim diſtinctæ cernebantur, vt Leucippi ceruice curuâ, Arati pandâ, Zenonis fronte contractâ, Epicuri cutè diſtentâ, Diogenis barba comante, Socratis comâ candente, Ariſtotelis brachio exerto, Xenocratis crure collecto, Heracliti fletu oculis clauſis, Democriti riſu labiis apertis, Chriſippi manibus propter numerorum indicia conſtrictis, Euclidis propter menſurarũ ſpatia laxatis, Cleã-

this denique propter vtrunque corroſis, Multum profectò nobis deſudandum eſſet, quo tandem peculiari ſigno CAMPANELLÆ noſtri Statuã ab aliorum ſapientum ſimulachris diſtinguere poſſemus; Cùm horum omnium peculiares artes & artium notas vnus ſibi vendicet; teneátque cum Archimede ſpecula, cum Euclide Menſuras, cum Dædalo Circinum, cum Boëtio plectrum, cum Zetho pondera, cum Ptolomæo aſtrolabium, ſphæram etiam cum Theodoſio, trullam cum Vitruuio, Machinulas cũ Herone Moly, Anthora Panacæam, cum Hippocrate, Tubum opticum, cum Galileo,

Pixidem marinam cum Columbo, Quadratum Geometricum, cum Purbachio, Ephemerides cum Regiomonte, Rhabdologiam cum Nepero, Magnetem cum Gilberto, & artium omnium vectes, rotulas & ferramenta cum Hippia Philoſopho, cuius gloria magna, fortuna modica, ingenium nobile, memoria excellens, ſtudia varia, æmuli multi, ab Authore Floridorum floridè ſatis & eleganter deſcribuntur. Quemadmodum verò, Magnæ illæ mentes & ſponte Naturæ per omnium penè rerum ſeriem patentes, multa ſæpè loquuntur in æſtu Concionum, & profluuio verbo-

rum, quæ velut Apollinis loxias oracula, non à cunctis facile percipiuntur, Populóſque vel effuſâ lætitia ſi ſperandum, vel metu quodam & perturbatione repentina, ſi timendum ſit, violenter afficiunt: vndè graues nonnunquam ac periculoſi rerum euentus conſequuntur: Regnorúmq; mutationes, & Populorum motus ac ſeditiones eueniunt. Ita ſanè, neſcio quo fato contigit, vt periclitantibus & exulceratis valdè, Regni Neapolitani, & totius Calabriæ rebus; dùm Epiſcopi cum Regiis Magiſtatibus de priuilegiis, & Iuriſdictione digladiarentur; dum exules penè innumeri, à quo-

dam Euno vel Spartaco congregati, non contemnendas exitioſi Belli ſuſpiciones inijcerent; dum ipſe Piratarum famoſiſſimus Cigala, cum inſtructa Claſſe, toti Prouinciæ, Priuatorum inter ſe odiis, eluuionibus, peſte, terræ motu, penitùs conuulſæ immineret; Accidit inquam, vt CAMPANELLA, cui tunc velut oraculo credebatur, altius quodammodo Philoſophari vellet, & motuum huiuſmodi ac periculorum causã ex Fatorũ arcanis, Cæleſtium influxibus, atque virorum quorundam ſanctitate inſignium effatis, inquirere. Oſtendebat enim, non quidẽ ex Reuelationibus Lol-

lardi, Sauonarolę, aut Abbatis Ioachimi, quæ plerúmque nihil præter deliramenta continent, ſed ex totius Cæli ac Terrę Metaſchematiſmis, & obſeruationibus Aſtronomicis Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum, Arabum, Latinorum, magnas imminere mutationes, & fortè ea quæ Chriſtus de ſignis in Sole & Luna futuris prædixerat, tunc maximè ſuum finem & effectum ſortiri debere; cum æquinoctia, vt tunc dicebat, & ſolſtitia, tempus ſolitum ac ordinem, octo iam ſupra viginti gradibus anticipauerint; Planetæ Terreſtri Globo propinquiores multò quàm antea fa-

ꝺti ſint; Apogæa & Perigæa ſitum in poſteriora mutauerint, nec adhuc certò exploratum ſit, num ipſimet Poli, ſedibus excuſſi, ac conuulſi fuerint: hæc enim dùm Entuſiaſmo quodam, & diuino quaſi furore in Cælum raptus efferebat, dum peſtis, Eluuionum, famis, & monſtrorum quę tunc frequenter graſſabantur, latentes cauſas inquirebat, & de ipſis mutationibus, quarum iam ſcintillę volitabant, publicis in concionibus, & amicorum cõfabulationibus non ſatis cautè loqueretur; Ecce quod Proregi Neapolitano denunciatur, & propter hos ſermones, quos de mutationibus habuerat, tã-

enim perditorum quorumdam conſilia, malis euigilata cogitationibus, in apertum prorumpere; quorum iam pernicies ſe tam latè diffuderat, vt multos etiam qui nihil tale cogitauerant, aſpergeret infamia; & eùm inter cæteros, præcipuè coniurationis reum argueret, qui tam frequenter, & libere, & perite, de cauſis eius diſſeruerat, vt non tanquam Philoſophus eas ſollerter inueſtigaſſe, ſed velut conſiliorum ſocius & particeps, ab ipſiſmet tam nefandi ſceleris ducibus, ipſas accepiſſe videretur. Interim verò Heroïs noſtri toto Orbe celeberrimi detentio, longiùs multum, quàm euen-

tilata coniuratio ſe diffudit, aliis alia, vt in publico rumore, & ingentis caſus nouitate fieri conſueuit, licet nonnunquam abſurdiſſima, dum in eius rei cauſas inquirunt, afferentibus. Atque eò etiã dementię multi progreſſi ſunt, vt aſſererent ipſum ideò in Carceres projectũ fuiſſe, quòd ſeductis eloquentiâ & arte quadam occulta Majoris Græciæ Populis, non diſſimulanter Calabriæ Regnũ occupare tentaſſet, & ſimul, velut in præſidium nouæ ſuæ Dominationis, aduocare ſtatuiſſet, Gentes illas ſitu multùm à nobis diſſitas, corpore grandes, victu agreſtes, more feroces, vitæ ſuæ prodigas, & cultu ac

inſtitutione Barbaras, quæ brachiis exertis, contento arcu, pharetrâ ad latus appenſa, mento abraſo, cute fuſcâ, nigricante & rugosâ, Pileo Lineis variegatis & circumplexis obuoluto, totóque geſtu & habitu ab Europæis penitus diſtincto, terroris ſpeciem, vel ſolo nomine, meticuloſis incutiunt, & fortibus etiam ac generoſis plerúmque timorem. Sed nunquam tam abjecti, aut demiſſi animi fuit CAMPANELLA, vt non aliud Regnum longè præſtantius animo ſuo deſignaret, in quo ſine Turcarum auxilio regnaret, ſine Barbarorum ope dominaretur; aut veriùs, in quo propria ſua virtute

Principis inſtar Philoſopharetur. Regnum ſiquidem ampliſſimum eſt Philoſophia, BEATISSIME PATER, & apud varias gentes, ab omni hominum memoria firmiſſime conſtitutum, habens tot ciues quot Philoſophos, tot Vrbes quot Scholas, tot Prouincias quot Sectas; obtinens pro cunctorum exercitatione ſtudium, pro commeatu libros, pro diuitiis veritatem: Erigit pro tribunalibus Cathedras, conſtituit pro Iudicibus Doctores, pronuntiat pro ſententiis Concluſiones; ſed & bellis vacat, in quibus pugna committitur ſine ferro, rixa fit ſine odio, & clamoribus non doloribus res to-

ta peragitur: adſunt pro ducibus Magiſtri, pro militibus diſputantes; atque ipſi dùm inimicos aggrediuntur & prælia committunt, torquent argumentationes, jaciunt enthymemata, pugnant inductionibus, præliantur quęſitis, offendunt præmiſſis; vibrant denique pro haſtis calamos, pro jaculis voces, pro enſibus rationes. Ecce quàm præclarum Regnum eſt Philoſophia, à cuius affectati ſuſpicione, tantùm abeſt vt CAMPANELLA ſe defendat, quin illud à ſe occupatum, & in meliorem formam & ordinem redactum fuiſſe, certiſſimis rationibus & librorum argumentis con-

tendat. Tractatur nihilominus in Carcere, tanquam ſi Neapolitanum euertere voluiſſet, & præ tormentorum ſæuitia, ac inſueti Ergaſtuli fætore, totiuſque facti ignominia, niſi conſultũ eſſe honori ſuo apud bonos omnes intellexiſſet, quod non pro vitæ turpitudine, non pro magnitudine ſcelerum, non propter ætatis tranſactæ infamiam, pœnas iſtas iure perſolueret; ſed propter virtutis excellentiam, propter iucundiſſimã ingenij laudem, propter magnitudinem ſermonum, & nimiam doctrinæ ſuæ in publica calamitate, ac rebus dubiis præſtantiam, adeò cru-liter & iniquè torqueretur;

niſi, inquam, conſcientia recte-factorum, & continua vitæ ratio per literarum ſtudia innocenter traductæ, ſolatio ipſi fuiſſent; tot necibus, quas poſteà in tormentis, & Carcere ſuſtinuit, anteuertiſſet, libertatémque Heroïcis frequenter vſurpatam temporibus, Braſidæ vel Catonis exemplo, ſibi quæſiuiſſet. Sed iuuat paululùm calamitatis velut ex compacto in Principem Philoſophum ſæuientis imaginem repreſentare, vt quantum illi ſua Philoſophia adiumenti, ad hanc fortiter, & ęquo animo ſuſtinendam attulerit. Et quantum laudis, ac emoluméti, diuturnus ille Carcer ſuis operi-

bus, & nominis commendationi conciliarit, omnibus illis innoteſcat, quorum intereſt maximè, virtutes exemplo doceri, & patientiam animo concipere, quam ipſe per tot cruces, & tormenta viſus eſt exhibere. Crediderint profectò ætatis noſtræ homines, virtutē illam, quæ Romanorum pectoribus inſidebat, & ignem olim in Mutio, Paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormentum in Regulo, mortē in Catone experta fuerat, ipſorum cū Imperio prorſus intercidiſſe; niſi hoc Carcere CAMPANELLÆ, quo nullus apud Antiquos diuturnior legitur; his tormentis quorum

ſimilia, non reperiuntur, documentũ poſteris exhiberetur inſigne, quod viros omnes, modò ſint antiquis audaciâ & animi fortitudine pares, ad ſe penetrare patitur, neque hauſtum ſui, cum aliquo perſonarum diſcrimine, largum malignumuè præbet, ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius, quàm quid dignitatis, aut antiquitatis attulerit, exiſtimat: Faſtidioſum enim iter omnibus æquè ſuperandum obijcit, & in captu bonorum ſuorum, vnicuique pondus examinandum relinquit, vt quantum ſubire animo ſuſtinuerit, tantum & ſecum auferat; Tantum verò ſu-

bire voluit CAMPANELLA quantum potuit, & potuit quantum Iudices diuerſi, & æmulorum coniurata factio, in eius perniciem excogitare potuerunt; Nam vt ingenioſi viderentur, in diſquiſitione veri, & ipſum, quem multis arbitrabantur mortem inten:aſſe, multifaria morte perimerent, factus eſt conſultò tot Carcerum hoſpes, quot viginti ſex annorum ſpatio nactus eſt Iudices; dum ipſi grauem equulei ſpeciem, excogitare ſibi videbantur, in eorum nouitate. Quare detrudebatur aliquando in loca mucida, pallida, horrida, tenebris & perpetua nocte cæcata. Sedebat aliquo-

ties inter parietinas & rudera, ferali tantùm Bubonis ſtridore reſonantia; mox, in alia loca, ſitu, at pedore obſita traducebatur, vbi Mures, inauſpicatos accentus, cum ſuis flebilibus Elegis alternantes, ſocios habebat querelarum. Sepè etiam demittebatur in foſſas, ipſo mari, & quacumque abyſſo profundiores, vbi fiebat ſocius Bufonum, & comes Serpentum, & cibus vermium, & jocus lemurum, & ciuis Tartari; vbi nec corpus, nec ſenſum, nec animum liberum à moleſtia, vel horæ momento obtinere poterat, dum ipſi, noua ſemper tormentorum quæritur & cuditur materia. Olfa-

rum, quæ velut Apollinis loxias oracula, non à cunctis facile percipiuntur, Populóſque vel effusâ lætitia ſi ſperandum, vel metu quodam & perturbatione repentina, ſi timendum ſit, violenter afficiunt: vndè graues nonnunquam ac periculoſi rerum euentus conſequuntur: Regnorúmq; mutationes, & Populorum motus ac ſeditiones eueniunt. Ita ſanè, neſcio quo fato contigit, vt periclitantibus & exulceratis valdè, Regni Neapolitani, & totius Calabriæ rebus; dùm Epiſcopi cum Regiis Magiſtatibus de priuilegiis, & Iuriſdictione digladiarentur; dum exules penè innumeri, à quo-

dam Euno vel Spartaco congregati, non contemnendas exitioſi Belli ſuſpiciones inijcerent; dum ipſe Piratarum famoſiſſimus Cigala, cum inſtructa Claſſe, toti Prouinciæ, Priuatorum inter ſe odiis, eluuionibus, peſte, terræ motu, penitùs conuulſæ immineret; Accidit inquam, vt CAMPANELLA, cui tunc velut oraculo credebatur, altius quodammodo Philoſophari vellet, & motuum huiuſmodi ac periculorum causã ex Fatorũ arcanis, Cæleſtium influxibus, atque virorum quorundam ſanctitate inſignium effatis, inquirere. Oſtendebat enim, non quidẽ ex Reuelationibus Lol-

lardi, Sauonarolę, aut Abbatis Ioachimi, quæ plerúmque nihil præter deliramenta continent, ſed ex totius Cæli ac Terrę Metaſchematiſmis, & obſeruationibus Aſtronomicis Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum, Arabum, Latinorum, magnas imminere mutationes, & fortè ea quæ Chriſtus de ſignis in Sole & Luna futuris prædixerat, tunc maximè ſuum finem & effectum ſortiri debere; cum æquinoctia, vt tunc dicebat, & ſolſtitia, tempus ſolitum ac ordinem, octo iam ſupra viginti gradibus anticipauerint; Planetæ Terreſtri Globo propinquiores multò quàm antea fa-

cti ſint; Apogæa & Perigæa ſitum in poſteriora mutauerint, nec adhuc certò exploratum ſit, num ipſimet Poli, ſedibus excuſſi, ac conuulſi fuerint: hæc enim dùm Entuſiaſmo quodam, & diuino quaſi furore in Cælum raptus efferebat, dum peſtis, Eluuionum, famis, & monſtrorum quę tunc frequenter graſſabantur, latentes cauſas inquirebat, & de ipſis mutationibus, quarum iam ſcintillę volitabant, publicis in concionibus, & amicorum cõfabulationibus non ſatis cautè loqueretur; Ecce quod Proregi Neapolitano denunciatur, & propter hòs ſermones, quos de mutationibus habuerat, tã-

enim perditorum quorumdam conſilia, malis euigilata cogitationibus, in apertum prorumpere; quorum iam pernicies ſe tam latè diffuderat, vt multos etiam qui nihil tale cogitauerant, aſpergeret infamia; & eùm inter cæteros, præcipuè coniurationis reum argueret, qui tam frequenter, & libere, & perite, de cauſis eius diſſeruerat, vt non tanquam Philoſophus eas ſollerter inueſtigaſſe, ſed velut conſiliorum ſocius & particeps, ab ipſiſmet tam nefandi ſceleris ducibus, ipſas accepiſſe videretur. Interim verò Herois noſtri toto Orbe celeberrimi detentio, longiùs multum, quàm euen-

tilata coniuratio ſe diffudit, aliis alia, vt in publico rumore, & ingentis caſus nouitate fieri conſueuit, licet nonnunquam abſurdiſſima, dum in eius rei cauſas inquirunt, afferentibus. Atque eò etiã dementię multi progreſſi ſunt, vt aſſererent ipſum ideò in Carceres projectũ fuiſſe, quòd ſeductis eloquentiâ & arte quadam occulta Majoris Græciæ Populis, non diſſimulanter Calabriæ Regnũ occupare tentaſſet, & ſimul, velut in præſidium nouæ ſuæ Dominationis, aduocare ſtatuiſſet, Gentes illas ſitu multùm à nobis diſſitas, corpore grandes, victu agreſtes, more feroces, vitæ ſuæ prodigas, & cultu ac

inſtitutione Barbaras, quæ brachiis exertis, contento arcu, pharetrâ ad latus appenſa, mento abraſo, cute fuſcâ, nigricante & rugosâ, Pileo Lineis variegatis & circumplexis obuoluto, totóque geſtu & habitu ab Europæis penitus diſtincto, terroris ſpeciem, vel ſolo nomine, meticuloſis incutiunt, & fortibus etiam ac generoſis plerúmque timorem. Sed nunquam tam abjecti, aut demiſſi animi fuit CAMPANELLA, vt non aliud Regnum longè præſtantius animo ſuo deſignaret, in quo ſine Turcarum auxilio regnaret, ſine Barbarorum ope dominaretur; aut veriùs, in quo propria ſua virtute

Principis inſtar Philoſophare-tur. Regnum ſiquidem ampliſ-ſimum eſt Philoſophia, BEA-TISSIME PATER, & apud varias gentes, ab omni homi-num memoria firmiſſime con-ſtitutum, habens tot ciues quot Philoſophos, tot Vrbes quot Scholas, tot Prouincias quot Sectas; obtinens pro cun-ctorum exercitatione ſtudium, pro commeatu libros, pro di-uitiis veritatem: Erigit pro tri-bunalibus Cathedras, con-ſtituit pro Iudicibus Doctores, pronuntiat pro ſententiis Con-cluſiones; ſed & bellis vacat, in quibus pugna committitur ſi-ne ferro, rixa fit ſine odio, & cla-moribus non doloribus res to-

ta peragitur: adſunt pro ducibus Magiſtri, pro militibus diſputantes; atque ipſi dùm inimicos aggrediuntur & prælia committunt, torquent argumentationes, jaciunt enthymemata, pugnant inductionibus, præliantur quęſitis, offendunt præmiſſis; vibrant denique pro haſtis calamos, pro jaculis voces, pro enſibus rationes. Ecce quàm præclarum Regnum eſt Philoſophia, à cuius affectati ſuſpicione, tantùm abeſt vt CAMPANELLA ſe defendat, quin illud à ſe occupatum, & in meliorem formam & ordinem redactum fuiſſe, certiſſimis rationibus & librorum argumentis con-

tendat. Tractatur nihilominus in Carcere, tanquam ſi Neapolitanum euertere voluiſſet, & præ tormentorum ſæuitia, ac inſueti Ergaſtuli fætore, totiuſque facti ignominia, niſi conſultũ eſſe honori ſuo apud bonos omnes intellexiſſet, quod non pro vitæ turpitudine, non pro magnitudine ſcelerum, non propter ætatis tranſactæ infamiam, pœnas iſtas iure perſolueret; ſed propter virtutis excellentiam, propter iucundiſſimã ingenij laudem, propter magnitudinem ſermonum, & nimiam doctrinæ ſuæ in publica calamitate, ac rebus dubiis præſtantiam, adeò crudeliter & iniquè torqueretur;

niſi,inquam, conſcientia recte-factorum, & continua vitæ ratio per literarum ſtudia innocenter traductæ, ſolatio ipſi fuiſſent; tot necibus, quas poſteà in tormentis, & Carcere ſuſtinuit, anteuertiſſet, libertatémque Heroïcis frequenter vſurpatam temporibus, Braſidæ vel Catonis exemplo, ſibi quæſiuiſſet. Sed iuuat paululùm calamitatis velut ex compacto in Principem Philoſophum ſæuientis imaginem repreſentare, vt quantum illi ſua Philoſophia adiumenti, ad hanc fortiter, & ęquo animo ſuſtinendam attulerit. Et quantum laudis, ac emolumēti, diuturnus ille Carcer ſuis operi-

rum, quæ velut Apollinis loxias oracula, non à cunctis facile percipiuntur, Populóſque vel effusâ lætitia ſi ſperandum, vel metu quodam & perturbatione repentina, ſi timendum ſit, violenter afficiunt: vndè graues nonnunquam ac periculoſi rerum euentus conſequuntur: Regnorúmq; mutationes, & Populorum motus ac ſeditiones eueniunt. Ita ſanè, neſcio quo fato contigit, vt periclitantibus & exulceratis valdè, Regni Neapolitani, & totius Calabriæ rebus; dùm Epiſcopi cum Regiis Magiſtatibus de priuilegiis, & Iuriſdictione digladiarentur; dum exules penè innumeri, à quo-

dam Euno vel Spartaco congregati, non contemnendas exitioſi Belli ſuſpiciones inijcerent; dum ipſe Piratarum famoſiſſimus Cigala, cum inſtructa Claſſe, toti Prouinciæ, Priuatorum inter ſe odiis, eluuionibus, peſte, terræ motu, penitùs conuulſæ immineret; Accidit inquam, vt CAMPANELLA, cui tunc velut oraculo credebatur, altius quodammodo Philoſophari vellet, & motuum huiuſmodi ac periculorum causã ex Fatorũ arcanis, Cæleſtium influxibus, atque virorum quorundam ſanctitate inſignium effatis, inquirere. Oſtendebat enim, non quidẽ ex Reuelationibus Lol-

lardi, Sauonarolę, aut Abbatis Ioachimi, quæ plerúmque nihil præter deliramenta continent, ſed ex totiùs Cæli ac Terrę Metaſchematiſmis, & obſeruationibus Aſtronomicis Chaldæorum, Ægyptiorum, Græcorum, Arabum, Latinorum, magnas imminere mutationes, & fortè ea quæ Chriſtus de ſignis in Sole & Luna futuris prædixerat, tunc maximè ſuum finem & effectum ſortiri debere; cum æquinoctia, vt tunc dicebat, & ſolſtitia, tempus ſolitum ac ordinem, octo iam ſupra viginti gradibus anticipauerint; Planetæ Terreſtri Globo propinquiores multò quàm antea fa-

cti ſint ; Apogæa & Perigæa ſitum in poſteriora mutauerint, nec adhuc certò exploratum ſit, num ipſimet Poli, ſedibus excuſſi, ac conuulſi fuerint: hæc enim dùm Entuſiaſmo quodam, & diuino quaſi furore in Cælum raptus efferebat, dum peſtis, Eluuionum, famis, & monſtrorum quę tunc frequenter graſſabantur, latentes cauſas inquirebat, & de ipſis mutationibus, quarum iam ſcintillę volitabant, publicis in concionibus, & amicorum cōfabulationibus non ſatis cautè loqueretur; Ecce quod Proregi Neapolitano denunciatur, & propter hos ſermones, quos de mutationibus habuerat, tā-

enim perditorum quorumdam conſilia, malis euigilata cogitationibus, in apertum prorumpere; quorum iam pernicies ſe tam latè diffuderat, vt multos etiam qui nihil tale cogitauerant, aſpergeret infamia; & eùm inter cæteros, præcipuè coniurationis reum argueret, qui tam frequenter, & libere, & perite, de cauſis eius diſſeruerat, vt non tanquam Philoſophus eas ſollerter inueſtigaſſe, ſed velut conſiliorum ſocius & particeps, ab ipſiſmet tam nefandi ſceleris ducibus, ipſas accepiſſe videretur. Interim verò Heroïs noſtri toto Orbe celeberrimi detentio, longiùs multum, quàm euen-

tilata coniuratio ſe diffudit; aliis alia, vt in publico rumore, & ingentis caſus nouitate fieri conſueuit, licet nonnunquam abſurdiſſima, dum in eius rei cauſas inquirunt, afferentibus. Atque eò etiã dementię multi progreſſi ſunt, vt aſſererent ipſum ideò in Carceres projectũ fuiſſe, quòd ſeductis eloquentiâ & arte quadam occulta Majoris Græciæ Populis, non diſſimulanter Calabriæ Regnũ occupare tentaſſet, & ſimul, velut in præſidium nouæ ſuæ Dominationis, aduocare ſtatuiſſet, Gentes illas ſitu multùm à nobis diſſitas, corpore grandes, victu agreſtes, more feroces, vitæ ſuæ prodigas, & cultu ac

inſtitutione Barbaras, quæ brachiis exertis, contento arcu, pharetrâ ad latus appenſa, mento abraſo, cute fuſcâ, nigricante & rugosâ, Pileo Lineis variegatis & circumplexis obuoluto, totóque geſtu & habitu ab Europæis penitus diſtincto, terroris ſpeciem, vel ſolo nomine, meticuloſis incutiunt, & fortibus etiam ac generoſis plerúmque timorem. Sed nunquam tam abjecti, aut demiſſi animi fuit CAMPANELLA, vt non aliud Regnum longè præſtantius animo ſuo deſignaret, in quo ſine Turcarum auxilio regnaret, ſine Barbarorum ope dominaretur; aut veriùs, in quo propria ſua virtute

ta peragitur: adſunt pro ducibus Magiſtri, pro militibus diſputantes; atque ipſi dùm inimicos aggrediuntur & prælia committunt, torquent argumentationes, jaciunt enthymemata, pugnant inductionibus, præliantur quęſitis, offendunt præmiſſis; vibrant denique pro haſtis calamos, pro jaculis voces, pro enſibus rationes. Ecce quàm præclarum Regnum eſt Philoſophia, à cuius affectati ſuſpicione, tantùm abeſt vt CAMPANELLA ſe defendat, quin illud à ſe occupatum, & in meliorem formam & ordinem redactum fuiſſe, certiſſimis rationibus & librorum argumentis con-

tendat. Tractatur nihilominus in Carcere, tanquam ſi Neapolitanum euertere voluiſſet, & præ tormentorum ſæuitia, ac inſueti Ergaſtuli fætore, totiuſque facti ignominia, niſi conſultũ eſſe honori ſuo apud bonos omnes intellexiſſet, quod non pro vitæ turpitudine, non pro magnitudine ſcelerum, non propter ætatis tranſactæ infamiam, pœnas iſtas iure perſolueret; ſed propter virtutis excellentiam, propter iucundiſſimã ingenij laudem, propter magnitudinem ſermonum, & nimiam doctrinæ ſuæ in publica calamitate, ac rebus dubiis præſtantiam, adeò crudeliter & iniquè torqueretur;

niſi,inquam, conſcientia recte-factorum, & continua vitæ ratio per literarum ſtudia innocenter traductæ, ſolatio ipſi fuiſſent; tot necibus, quas poſteà in tormentis, & Carcere ſuſtinuit, anteuertiſſet, libertatémque Heroïcis frequenter vſurpatam temporibus, Braſidæ vel Catonis exemplo, ſibi quæſiuiſſet. Sed iuuat paululùm calamitatis velut ex compacto in Principem Philoſophum ſæuientis imaginem repreſentare, vt quantum illi ſua Philoſophia adiumenti, ad hanc fortiter, & ęquo animo ſuſtinendam attulerit. Et quantum laudis, ac emolumẽti, diuturnus ille Carcer ſuis operi-

bus, & nominis commendationi conciliarit, omnibus illis innoteſcat, quorum intereſt maximè, virtutes exemplo doceri, & patientiam animo concipere, quam ipſe per tot cruces, & tormenta viſus eſt exhibere. Credidiſſent profecto ætatis noſtræ homines, virtutẽ illam, quæ Romanorum pectoribus inſidebat, & ignem olim in Mutio, Paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormentum in Regulo, mortẽ in Catone experta fuerat, ipſorum cũ Imperio prorſus intercidiſſe; niſi hoc Carcere CAMPANELLÆ, quo nullus apud Antiquos diuturnior legitur; his tormentis quorum

ſimilia, non reperiuntur, documentũ poſteris exhiberetur inſigne, quod viros omnes, modò ſint antiquis audaciâ & animi fortitudine pares, ad ſe penetrare patitur, neque hauſtum ſui, cum aliquo perſonarum diſcrimine, largum malignumuè præbet, ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius, quàm qui dignitatis, aut antiquitatis attulerit, exiſtimat: Faſtidioſum enim iter omnibus æquè ſuperandum obijcit, & in captu bonorum ſuorum, vnicuique pondus examinandum relinquit, vt quantum ſubire animo ſuſtinuerit, tantum & ſecum auferat; Tantum verò ſu-

bire voluit CAMPANELLA quantum potuit, & potuit quantum Iudices diuerſi, & æmulorum coniurata factio, in eius perniciem excogitare potuerunt; Nam vt ingenioſi viderentur, in diſquiſitione veri, & ipſum, quem multis arbitrabantur mortem intentaſſe, multifaria morte perimerent, factus eſt conſultò tot Carcerum hoſpes, quot viginti ſex annorum ſpatio nactus eſt Iudices; dum ipſi grauem equulei ſpeciem, excogitare ſibi videbantur, in eorum nouitate. Quare detrudebatur aliquando in loca mucida, pallida, horrida, tenebris & perpetua nocte cæcata. Sedebat aliquo-

ties inter parietinas & rudera, ferali tantùm Bubonis ſtridore reſonantia; mox, in alia loca, ſitu, at pedore obſita traducebatur, vbi Mures, inauſpicatos accentus, cum ſuis flebilibus Elegis alternantes, ſocios habebat querelarum. Sepè etiam demittebatur in foſſas, ipſo mari, & quacumque abyſſo profundiores, vbi fiebat ſocius Bufonum, & comes Serpentum, & cibus vermium, & jocus lemurum, & ciuis Tartari; vbi nec corpus, nec ſenſum, nec animum liberum à moleſtia, vel horæ momento obtinere poterat, dum ipſi, noua ſemper tormentorum quęritur & cuditur materia. Olfa-

ctum vero, Pedor ille collega Catenarum, abominabili mœrore & fætore diſcruciaret; auditum Serpentes ſibilo, Bufones coaxatu, ſtriges eiulatu cõturbarent: guſtum jeiunia longa debilitarent: tactum pondera vinculorum prementia defatigarent: & lumina ipſa, diuturnis tenebris obtuſa torpeſcerent. Vbi vigilabat, vt in equuleo, & dormiebat vt in ſepulchro, & inſpirabat venenum, & expirabat animum, & viuebat in morte crudeliſſima, & moriebatur centies in hora. Vbi denique vel iuſtè torqueretur perfidus Apoſtolus, vel abundè plecteretur primus homicida, vel ſeuerè coërceretur

Antichriſtus. Summa tamen CAMPANELLÆ patientia, tot cruciatus illudente, & irridente, cognouerè tandem ipſi Iudices, potentioribus machinis opus eſſe, ad expugnandam viri boni innocentiam. Quare fidiculas intendunt, neruos præparant, Cippum adhibent, virgulas, cauterium, laminas admouent, ſed fruſtra: deueniunt igitur ad faſtigium crudelitatis illius, quam leges permittunt, & equulei ſpeciem ab Vigilia, quâ tunc Rei miſerè premuntur, denominatam, pro ſupremo conatu decernũt; atque ipſum rejectis poſt tergum manibus, fune ſuſpenſum, in trabem ad inſtar equi

vel iumenti exporrectam, ſed extrema dorſi parte velut in aciem deſinente, multoties demittunt, vt per diſſolutionem artuum, robur illud admirabile diſſoluerent, & confeſſionem elicerent à labris vulneris, qui nihil vnquam extorquere potuerant, ab ore & lingua innocentis. Vt ſi quæ fuerit vnquam iſtis temporibus occaſio legitima, querelam hanc vſurpandi, quã tu PONTIFEX MAXIME, DOCTISSIMEQVE, iuxta grauibus ac numeroſis verſibus, in Ode tuâ de ſancto Laurentio, nitore ac nouitate omninò diuina, ſapientèr inſtituiſti. Hæc ipſa quæ tunc in CAMPA-

NELLÆ ſupplicio contigit, iuſtiſſima profectò ſit cenſenda,

Aſpide ſauior
Hircaniſque Feris, mens hominis furit,
Non vrſus inſectatur vrſum,
Non perimit colubrum coluber, non Tygrida Tygris,
Humana virgas gens, rotas & vncos
Intulit terris, pedibuſque mortis
Aptauit alas. Quid Perilli
Infandum memorem Bouem?
Nec ſontibus, vel hoſtibus ſolùm minax.
Sui miniſtram gaudij
Perniciem cupit innocentum.

Sed quemadmodum in Theo-

doro quodam Philoſopho Hiero tyrãnus,fruſtra tortorẽ exercuit; & antiquum illud inuſitatæ fortitudinis,.ac conſtantiæ miraculum Anaxarchus, cum à Nicocreonte Cypriorum Rege, piſtillis ferreis in mortario tunderetur, nihil tormentorum immanitate cõmotus, hac tantummodo Heroïca voce ſe cõſolabatur, tunde, tunde Anaxarchi ſacculũ, Anaxarchum nihil tundis. Ita CAMPANELLAM noſtrum, diris adeò cruciatibus exercitum, vt horrorem omnibus qui aderant inijceret, multa ex intimis Philoſophiæ ſuæ dogmatibus deptompſiſſe, & plena voce, ac fortiori quodam

dam impetu prorumpente, hanc, aut ſimilem orationem habuiſſe, nonnullorũ qui tunc præſentes aderant conſtanti relatione exploratum eſt. Si meæ conſtantię, Iudices, explorandę cauſa, tandiu in me ſæuitum eſſe voluiſtis, oportebat vos adhuc maioribus tormentis, & numeroſiori plagarum exercitu, totam ſimul in mea perſona, Philoſophiam pertentare; quid enim poterat in me bonorum jactura, quibus me paupertatis & mendicitatis voto dudùm ſpoliaui? quid Carceris illuuies, cùm nullus carcer ſit tetrior, & anguſtior, aut ſordidior nullus, quàm corporeus ille, quo vos omnes deti-

nemini? quid funes & vincula, cùm omnia ſpiritui meo pateant, dum Corpus includitur, & caro detinetur, nec crus aliquid ſentiat in neruo, cùm animus eſt in Cælo? Quid etiam Equulei & tormentorum ſæuitia, cùm vix vllum hominem, non in equuleo quodam Febris, podagræ, vxoris, diuitiarum, paupertatis, magiſtri, cupiditatis, aut metus pendentem inuenerim? Iſthæc omnibus tela, non mihi tantùm aduerſantur; & ſi me palàm, vos non minus in occulto vexant: Si mihi Corpus, at vobis animum, non mitius dilacerant: hoc ſolùm intereſt, quod vobis fama quæritur ex

ſcelere propter diuitias, & authoritatem, mihi autem infamia conciliatur ex virtute, propter infelices caſus & miſeriam. Si verò, vt mea ſimul & multorum innocentia, veſtris commodis, & rumoribus, ſeruatæ per vos ab ingenti periculo Prouinciæ, iam vbique diſſeminatis, litetur, ſæuius adhuc aliquid, & magis horrendum excogitare meditamini; hominem habetis ipsâ malorum conſuetudine robuſtum, qui veſtræ crudelitati ſuccumbere, triſtius omni fato ducit: ac vbi ſe non amplius corpore, animi certè viribus ſuſtinebit; Et quem hactenus habuiſtis liberum in vinculis, ſpecioſum

in Carcere, triumphantē hunc ipſum videbitis in morte. Philoſophia enim mea potentior eſt omni metu ac dolore, virtus capi neſcit, Patientia dedecus ignorat; & ſi lubet in illius examen vltra pergere, aduocate, precor alios tortores, ipſum enim defatigabo; Excogitate etiam nouas cruces, nam hæc verbera rumpam, & fidiculas laxabo, & equuleum ſoluam, & laminas extinguam, & mori ſatiùs habebo quàm fœdari, quam fateri. At, tantum eloqui valuit hominum iſte fortiſſimus, quantùm ad teſtandam animi ſui magnitudinem, æternæ laudi ſatis erat; Nam aliquid præterea addere

conantem, vires defecerunt, & interceptâ loquendi facultate, cùm non haberent amplius Iudices quod à muto quæreretur, fidemq; innocẽtiæ omninò loculentã adeò incredibilis patiẽtia feciſſet, mitius in poſterum tractari debere virum innocentem, decreuerunt. Et huic perpetuo Carceri mancipato, amicorum quidem colloquiis & hominum frequentia, non vero Muſarum conſortio & ſtudiorum libertate eſſe interdicendum. Atque ita tandem ingentes illi cruciatus, altiſſimâ profundæ meditationis quiete, & diuerſorum librorum, qui nunc apud omnes maximi fiunt, compoſitione

ſepulti ſunt, cùm diuturni illius Carceris calamitatem, cui tandem, BEATISSIME PONTIFEX finem eſſe voluiſti, tam æquo & forti animo ſuſtinuerit, ac vnico ſtudiorum ſolatio ita leniuerit, vt ad eam exculti ingenij frugem, quam nunc in omnes refundere laborat, generoſo conatu peruenerit: longéque notior ac glorioſior hoc infelici caſu, & te potiſſimùm liberatore ac defenſore, extiterit, quàm ſi nihil vnquam tale perpeſſus fuiſſet; Velut aurum quod ignibus pręparatur, pulchrius eſt dum arſerit, purius dum decoxerit, pretioſius, cùm è flammis eruperit. Animus quippe noſter velut

Puer eſt, qui eò magis proficit, quò magis vinctus & ſub cuſtode tenetur; eò citius in lucem, & hominum famam, ac notitiam erumpit, quo diutiùs in tenebris & ſolitudine immoratur. Vbi enim verior eſt contemplatio quàm in receſſu? vbi ſtudium ſolidius quàm in quiete? vbi liberior ſapientis animus quã in Carcere? Nonne & Æſopus diù latuit in ſepulchro? & Democritus in Arcis mortuorum ſponte habitauit? & Epimenides in antris delituit? & Pythagoras deſerta frequentauit? & Demoſthenes nouum ſibi Carceris genus indixit? ſcribentes interim ſinguli, vel ſtudentes magno cum

affectu, & tanto lucidius animo perſpicientes; quantò obſcuriùs oculis videbant; tantò latiùs cogitatione ſe diffundentes, quantò ſtrictiùs ſemetipſos corpore conſtrinxerant. Sed quid acerbius Socratis carcere, cuius finis, mors certa erat, tempus vero diuturnum atque incertum; ille tamen ſuauiter dormiebat, Philoſophabatur, & verſus componebat. Quin imò debemus Carceri multos virorum doctrina aut ingenti pietate Illuſtrium libros, quos forſan, abſque hoc fuiſſet, nunquam habuiſſemus. Paulus enim diuinus ille Gentium Apoſtolus, ſcripſit in vinculis ad Coloſſenſes, Epheſios,

Philippenſes, Philemonem, & ſecundam Epiſtolam ad Timothæum: Et in ſimili Muſæo, Diuus Ignatius, vnus ex primis, quorum feruenti Zelo, naſcentis Eccleſiæ velut incunabula, Apoſtoli commiſerant, omnes Epiſtolas dictauit, quæ poſt quintam in ſuis operibus leguntur. Quod ſi Platoni fidem habemus, credendum eſt Anaxagoram, dùm in cuſtodia detineretur, librum de Circuli quadraturâ ſcripſiſſe; & Boëtius ipſemet teſtatur, libros de Conſolatione, qui nobili textura, & ſententiarũ grauitate, ad diuinos propemodùm accedunt, à ſe, dùm in ergaſtulo detineretur, fuiſſe conſcriptos. Vt de Oribaſio,

Nicolao Florentino, Andræa Matteo Adriæ Principe*, & Serrano nihil in præſentia afferam. Et quid ni iſthæc in carceribus facerent viri ſapientes & eruditi, cùm videamus Merulas, in remotis etiam locis ſingultire, & Pſittacos in caueis humana verba conari, & Lucinias in deſertis canticum adoleſcentiæ garrire, & Olores etiam apud amicos fluuios carmen ſenectę meditari. Horum igitur exemplo ductus CAMPANELLA, vt vitæ ſuæ tempus, & Carceris moram, quam diuturnam fore præuidebat, minori cum tædio & faſtidio poſſet tranſigere, commentando, ſcribendo, docendo, amiſſæ libertatis dolo-

rem leuauit, & in Philoſophiæ non autem Calabriæ ſolio collocatus, oſtendit plus à virtute ſibi datum eſſe, quàm fuiſſet à fortuna ablatum. Fecit igitur quod ſolent Apes tuæ, VRBANE PONTIFEX MAXIME, quæ inter ſpinas & aculeata fruticeta, ſæpe etiam in dumis aſperioribus, & ex ipſa quorundam florum amaritie, mel ſuum apparant, quod melius hoc pacto vtiliuſque futurum eſt: aut potius Cochleas imitatus eſt, quæ dùm ſitiunt, atque, illis nihil de cælo illiquitur, ſucco proprio victitare ſolent. Eadem enim res illi vſuuenit, dum aliorum authorum ſubſidiis, & inuentis deſtitu-

tus, ſuo ſe & proprio rore tamdiù ſuſtentauit; immò verò quemadmodum Aues quæ libero, & aperto campo fruuntur, nidum ex paleis & virgultis hinc inde quæſitis conſtruunt: Aranea verò in aliqua turri aut cella recluſa, tenuiſſimas telas, æquabili ſemper & tereti filo, per macularum internodia diſtinctas, & politiſſima artis accuratione cælatas, ſuo ſucco & humore genuino conficit, tantique operis materiæ vterus ipſius ſufficit. Ita etiam CAMPANELLÆ, deſerta quadam in Turri, procul ab humanis opibus, & hominum conſortio viuenti, feliciter contigit, vt non alio-

rum plumis & meditationibus ſuos labores confarcire, ſed propriis adinuentionibus, & generali quam mente complexus erat, ſcientiarum omnium per Primalitates ſuas inſtauratione, libros quos hic componebat, doctrinâ quidem mirabiles, & numero propemodum infinitos, exornare, ac velut Genio ad immortalitatem requiſito, animare poſſet. Cuius rei fidem nolo mihi condones, PONTIFEX MAXIME, cùm decem iam diuerſis in locis edita, & cunctorum approbatione recepta operum eius volumina, illam Sanctitati tuę integram præſtare poſſint: aut ipſorum loco, quę nondùm

ex Gallia & Germania, vbi primo lucem aſpexerunt, in natale ſolum rediêre: Varia illa idem teſtari poſſint, quæ nunc apud ipſum editioni parata, eandem à te, quam dudum conſecutus eſt ipſorum Author, libertatem, & liberalitatem expectant. Præſertim verò Metaphiſicorum libri, in quibus velut Protogenes in Ialyſſo, non alios modo qui ſimili iam in palæſtra deſudarunt, ſed ſe ipſum viſus eſt omnino ſuperâſſe. Dum in ipſis, rerum & ſcientiarum omnium Principia proponit, antiqua expendit, noua conſtituit, vtraque diſtinguit, probat, improbat, retinet, abiiçit, à qui-

bus poſteâ in hanc Mundi cõpagem, & rerum omnium Vniuerſitatem, velut per ſcalas & gradus conſcendit, cuius poſtquam ſummas, medias, infimas Regiones, ſempiterna & mortalia; grauia & leuia, concreta & ſimplicia: animata & non animata corpora, omneſque horum minutiſſimas partes, formas, affectiones, luſtrauit, ipſumque Mundi Autorem Deum, ac moderatrices æternas Mentes contemplatus eſt: Mox extra Cælum egrediens, an alij ſint Mundi, an eſſe poſſint, quo loco, ac tẽpore, an ibi Deus agat, & an Mundo prouideat, An eius curam Cholchodeæ, aut Fato

relinquat; tum etiam num ſub eodem Fato conſtitutus, vel ſupra Fatum liber exiſtat; & tandem quodnam ſit Principium tribus iſtis Primalitatibus eſſentiatum, poteſtate, Sapientia, Amore, ex quibus tres influentię queis omnia reguntur proueniant, Neceſſitas à Potentia; Fatum à Sapientia; Harmonia ab amore, admirabiliter inquirit. Sed fruſtra ſe fortem in tormentis, patientem in Carcere, laborioſum in ſtudiis, ingenioſum in libris, & mirabilem in omnibus exhibuiſſet CAMPANELLA; fruſtra & ſenſum Mundo, & quietem Cælo, & Terræ motum, & Academiis ſcientias melio-
res,

res, & rebus cunctis ſua Principia, & cauſas veriores aſſeruiſſet; niſi tu BEATISSIME PONTIFEX, & hunc ipſum libertati, opibus, ac Palatio tuo aſſeruiſſes: vt, non ipſe tantum, ſed omnes Muſæ, & artes, & homines vniuerſi, tanti beneficij gratiam ſe tibi debere, meis verbis & præſenti ſponſione fateantur; gratulenturque quòd illi copia & facultas, te Iudice & fautore, obtigerit, purgandæ apud imperitos Philoſophiæ, & probandi ſui. Quippè inſimulari quiuis innocens poteſt, reuinci niſi nocens non poteſt: frequentia Palmarum ignaris perſuaſerat, vt hunc perpetuo Car-

ceri manciparent. Eadem verò Sanctitati tuæ, adeo mirabilis viſa eſt, vt ipſum libertati reſtitueres: caſus & fortuna, & æmulorum, ac inimicorum inuidia, quicquid vnquam maledicentiæ, calamitatis & rabiei aduerſus omnes literatos effudére, in hunc virum ſimul contorſerant: Tu verò, quidquid vnquam cæteri Principes in literatorum defenſionem fecere, in huius ſolatium & ſalutem afferre voluiſti. Eſto enim quod Anyceris Cyrenæus captum ab Æginetis Platonem pecunia ſua redemerit, & liberum cum honeſto commeatu in Patriam remiſerit: Eſto, quod Demetrius Poliorcetes

Stilponi Philoſopho bona quæ in direptione vrbis amiſerat, reſtituerit; Eſto, quod Antonius Triumuir, M. Varroni: Theodoſius Imperator Symmacho Senatori; Iulianus Zenoni Medico; Carolus Magnus Paulo Diacono; Matthias Coruinus, Iano Pannonio: Clemens Pontifex, Antonio Caſanouæ; & Henricus Magnus Galliæ Rex inuictiſſimus Ludouico Aurelio grauiũ delictorum veniam indulſerint. Eſto quod Dantem Aligerium, patriis, vt ipſemet canit, extorrem ab oris, Veronæ Princeps Canis Scaliger; Petrum Abailardum, extra Sandionyſiana Clauſtra degentem, Præneſti-

nus Epiſcopus : Laurentium Vallam, Roma excedere coa-ctum Alfonſus Neapolitanus; Philippum Callimachum eâdem vrbe profugum, Sarmatiæ Rex Caſimirus; Hermolaum Barbarum à Venetis ſuis exilio & omni bonorum iacturâ damnatum Innocentius Octauus: Ioannem Franciſcum Mirandulanum arce ſuâ, & bonis omnibus exutum, Iulius ſecundus: Laſcarim & Græcos omnes Cõſtantinopoli abeuntes, & ejectos Laurentius Medices; omni ope, & grati animi teſtificatione exceperint. Eſto denique, quod Xyſtus Pontifex Galeotum Martium : Innocentius Platinam; Leo De-

cimus Longolium; Margarita Valeſia Fabrum Stapulenſem: Eberardus Vvittembergenſis Ioanem Reuchlinũ; Cardinalis Bembus Petrum Pomponatiũ; Sadoletus Aonium Palearium; Altempſius Proſperum Farinacium: ab imminenti fuga, furca, foco, celebri exemplo liberarint; nihil tamen omnes iſti fecerunt, VRBANE PONTIFEX MAXIME, quod tuo ſingulari in CAMPANELLAM beneficio veniat conferendum. Nam hic, aut opibus tantùm & fauore, aut Hoſpitio & authoritate, aut auxilio qualicunque iuuerunt homines, non iniquis exterorum technis inhærentes, ſed ſubditorum, vel

amicorum ſententiis obnoxios; non ſepultos in tenebris, nec laniatos in tormentis, ſed viuentes in periculis; Tu verò CAMPANELLAM iſtis omnibus præſidiis adiuuiſti vinctum, damnatum, ſepultum, laniatum, & quaſi fætentem, ex catenis ferreis, arce munitiſſima, exterorum manibus potuiſti eripere, ereptum voluiſti videre, viſum retinere, retentum opibus honeſtiſſimis, ac Beneuolentiâ tuâ æternum augere. O te igitur qualem, quantumque dicam, VRBANE PONTIFEX MAXIME? Quo ſeptum animi robore? quàm altâ mente præditum? qui tot munitas Arces penetraſti; tot

foſſas, tot carceres, tot tetra & ipſo ſitu horrida viuentium ſepulchra reſeraſti; tot cõpedes, vincula, cathenas ſoluiſti; tot fidiculas & neruos laxaſti; tot equuleos & laminas cohibuiſti, tot maleuolorum & improborum hominum molitiones, ac nefarios conatus infregiſti; tam arduum denique ac operoſum negocium, poſt tot euanidos Fuggerorum auſus, & irrita Pauli Quinti vota, & inualidos Gregorij XV. conatus; tanta conſtantia, tantáque celeritate, iam pridem confeciſti. Quæ immenſitas gloriæ iſta eſt, Prouinciam integram, beneficij tui pompa traducere; vt quæ libertas vni redderetur,

fortiſſimis etiam Ducibus, & ingenti Populo imperare. Sanè, intuenti mihi in iſtius facinoris magnitudinem, hæc ipſa, tam magna & inuſitata videtur, vt niſi tua ſingularis eruditio, & in pangendis verſibus felicitas, librorum monumentis, & iteratis ipſorum editionibus conſignata, ac ſupremi Pōtificatus dignitas tam rectè & prudenter adminiſtrata, per ſe ſufficerent ad tui Nominis famam vltra Mundi fines, & memoriam Hominum, & ſpatia temporū tranſmittendam: Hoc vnum Amoris tui in literatos ſpecimen, quo tibi CAMPANELLAM peculiari ratione deuinctum eſſe

voluiſti, iſtorum omnium vices ſupplere, & tuum Nomen auguſtioribus terminis extendere poſſe, haud iniuria conſiderem. Nec enim Maiorum Stemmata, nec robur corporis, nec formam membrorum, nec honores, quot ab omni hominum vniuerſitate conſequi poſſumus, nec Regnum quidem ipſum, aut ſi quid in rebus humanis eminet, tantum vel honoris ad gloriam, vel ſecuritatis ad immortalitatem afferre ſemper iudicaui, quantùm voluntatem hanc, & conatum, viros doctos & ſapientes, ſed opis indigos, & fortunæ telis impetitos ſubleuandi. Quippè horum pennis magni homines

ab inuidię nubibus, ad æternitatis Sudum feruntur. Et quantum ad poſteros, nihil amplius fecit Achilles, quàm quòd in Homeri beneuolentiam, & amorem, ſua munificentia, & liberalitate, ſe totum inſinuauit. Ac licet iſtius imago, non ſemel fuerit vel ære fuſa, vel lapidi inciſa, vel ceręinuſta, vel pigmento illita, vel alio quopiam modo pluries & diuerſimodè aſſimulata: nuſquã tamen ipſa tam integra & illæſa ad nos peruenit, quàm eius virtutis, & Heroïcæ fortitudinis memoria, vnius homuncionis cæci, pauperis, & ſuis temporibus neglecti ac deſpecti verſibus conſignata. Nã,

vt ſapienter non minus quàm verè dicebat. Hiſpanus Poëta.

Marmora Meſſalæ findit
Caprificus, & audax.
Dimidios Corui mulio ridet
equos.
At chartis non furta nocent,
non tempora præſunt,
Soláque non norunt hæc mo-
numenta mori.

Certè, videmus horum beneficio, Xanti nomen, licet hominis obſcuri, & ne vulgaribus quidem meritorum titulis inter honeſtos recenſendi, à Diluuij fermè temporibus vſque ad noſtram ætatem, per triginta ſex Annorum Centurias perueniſſe, quòd Æſopum

Fabulatorem egregium, ab ergaſtulis & cataſta liberauit: Cur igitur nobis non meritò ſperandum eſt, beneficium illud in CAMPANELLAM tuum, ad vltimam vſque mundi conflagrationem eſſe peruenturũ: cùm ipſe CAMPANELLA nulli Philoſophorũ quotquot antiquitas in medium adducat, ſit poſtponendus. Tu verò BEATISSIME PONTIFEX, nulli mortalium, Dignitate; nulli Sapientum, Doctrinâ & bonitate: nulli denique Poëtarum, Carminis tui elegantia & facilitate non ſis præferendus. Et verò, cum omnis Amicitia à ſimilitudine proficiſcatur, oportebat te non modo

fieri Pontificem, vt captiuum liberare poſſes; ſed præterea in Poëtam euadere, vt Philoſophum ab ingenti diſcrimine eximere velles. Quæ major, enim excogitari poteſt ſimilitudo & conuenientia, quàm Philoſophi & Poëtæ? cum Philoſophia nihil aliud ſit quã Poëtice, tempore iunior, Harmoniâ expeditior, argumento apertior; Poëtice verò Philoſophia tempore vetuſta, Conſonantia metrica, argumento fabuloſa: & ille non parum aberrare cenſendus ſit, qui vel Homerum, vel Heſiodum, vel etiam Orpheum exiſtimet Ariſtotele, Chriſippo, Clitomacho, aut aliis qui tam multa,

tamque magna adinuenerunt, ſapientia poſteriores habendos eſſe: & non hos potiùs credat, aut omnino eadem, aut etiam meliora prę̄ſtare potuiſſe: niſi forſan Thaletem, Pythagoram, Empedoclem, Parmenidem, Heraclitum, Eratoſthenem, Aratum, Varronem; Lucretium, Pontanum Fracaſtoriū, quia de rebus Philoſophicis ſcripſerunt non fuiſſe Poëtas: aut Homerum, Heſiodum, Phocilidem, Palingenium, qui adſtricta metris oratione ſcripſerunt, non fuiſſe Philoſophos aliquis ſibi perſuadeat. Hic verò, quam immanè decipiatur, & quantùm à rei veritate deflectat, non erit operoſum

conijcere, animum præſertim aduertenti, ad ipſius natales & incunabula Philoſophiæ, quam ne communis eſſet omnibus, vulgique tractatione, & impuris mentibus contaminata ſordeſceret, obſcuris fabularũ inuolucris, quaſi aliquid Sacroſanctum velauit Antiquitas. Fabulas porrò ipſas, non eo quo vulgus vtebatur communi & ſoluto, ſed exquiſito & numeris ac temporibus inſtructo Orationis genere, Priſci illi homines, ſummâ ſapientiâ præditi, in lucem emiſerunt, vt rei dignitatem quantâ maxime fieri poſſet, augerent verborum elegantiâ; tum etiam quia dùm res altiſſimas & ip-

ſa materię ſuæ difficultate inſenio humano tædium aſſerentes, numeroſa vocum compoſitione tractarent, majore neſcio quâ ſuauitate, aures animóſque perfundi, vtile eſſe, omnino neceſſarium exiſtimabant. Quæ cùm ita ſint, BEATISSIME PONTIFEX, vix CAMPANELLAM ipſum te ipſo magis eſſe Philoſophum auſim affirmare; cùm præter Ciuiles ac Politicas tuas occupationes, quas Euphrates apud Plinium, pulcherrimam Philoſophię partem ſtatuebat, antiquę ſimiliter dignitati ſapientiæ, Poëticam ſcribendi facultatem adiunxeris; Tanta quidem habilis ingenij fæcunditate

tate, & beatiſſima ac diuite ſententiarum vena, vt neque Poëtis, quorum virtuti nihil amplius inuidia detrahit; nec iis qui tùm maximè florent, dùm liberiore veluti ſtudio Muſas per omnes numeros exerces, dignum ſecundæ famæ locum reliqueris. Quæ enim pars Carminum tuorum, vel inuentione caret, vel nouitate ſenſuum, vel delectu verborum, vel elegantia phraſium, aut illo nitore ac venuſtate ſermonum, quam ſub nomine Fati laudauit Terentianus, ſub Genij Martialis, ſub ſalis & animæ quiuis alius? Ita profectò velim me tibi Muſæ gratum & acceptabilem reddant, vt ego

M

tua Carmina ex nobili ſemper occaſione, argutè lepidéque perſcripta, & Muſis fauentibus edita; victuris ſemper honoribus, & Palmis ornanda, omnique laude, & prædicatione ſuperiora iudico: cùm nullus hodiè reperiatur è vatum cenſu, qui tibi comparatus non ſordeat; nullus ita ad Horatij venuſtatem, nullus ad argutas Martialis concluſiones, nullus ad facilitatem Ouidij, aut elegantiam Tibulli, aut Maronis ſublimitatem accedat: nullus denique ita affectet ſingula, vt tu, BEATISSIME PONTIFEX, implere potes omnia. Siue enim te delectent Eclogarum ruſticitates, multicoloribus verbo-

rum violis paſſim interniten-
tes, dictorúmque amæniorum
floſculis ac ipſa prata & rura
diſtinctæ: ſeu Elegiarum viuaces, & libero pede, ac veluti
quadam dicendi laſciuia decurrentes gratiæ; ſeu lyricorum
expreſſa vario modulorum cōcentu, & inæquali dimentionū
æqualitate, iucunditates; ſeu
Iamborum Vrbanæ dicacitates, aut aculeati luſus exitúſque Epigrammatum; vel tandem ipſius Heroïci carminis
majeſtas, & præſtantia: in his
omnibus ſanè, tibi vincendum
eſt abſque pugna, aut cum antiquioribus Poëtis, in vnoquoque arguti Carminis genere
certamen inſtituendum, qui

nouos omnes longo poſt te relinquis interuallo; iaculum vltra terminos expediens, & nunquam remiſſa aut intermiſſa ſtudiorum contentione, ex fœcundo ingenij tui penu, nouos ſubindè & gemmeos fructus producens; Quales, nec vitis Perſarum aurea, nec Heſperidum Horti, aut Eliſiorum Campi, ſed Vaticanus tantum Muſarum Parnaſſus, ab VRBANO OCTAVO PONTIFICE ET VATE MAXIMO cultus, producere ſolet. Neque contentus viuis eloquentia noſtri ſeculi; ſed quod à nemine feliciter hactenùs tentatum fuerat, veterem Poëtices vſum, ac Carminis genus obſoletum,

in lucem reuocas, & poſt tot ætates, quas ab æmulatione Pindari deterruit Horatius, nõ indignæ præbes æmulationis auſpicium, odas illas ingenioſè condendo, quæ varia quidem, ſed concordi verſuum miſtura, in leporem ac majeſtatem aſſurgunt, rapiuntque in admirationem eruditos, nũquam auſos anteà tam multiplici modorum varietate decurrere. Vt habeant meritò omnes boni quod gratulentur, nouum hoc elegans, & ſublime Carminis Genus, Romanis Muſis, imò verò Chriſtianæ Religioni acceſſiſſe, cuius fortiſſimos Athletas, tam difficili & erudito Carminis genere,

celebrandos ſuſcepiſti. Aliorum enim eſt, Paſtorales tantum inflare calamos aut flebiles elegos pangere, vel Carmen Epicum meditari, ex noſtris plerumque, & antiquorum mendaciis fabuloſè contextũ; Tuum verò, & iſta cùm libet præſtare, & quod non Pio ſecundo, non Leoni decimo, qui ſuauiſſimum hoc ſcribendi genus vſurparunt, ſed vni ſancto Damaſo conceſſum fuit. Sacris etiam tibiis Carmen incinere; atque exemplo Dauidis qui nunc Iambo currit, nũc Alchaïco perſonat, nunc ſaphico tumet, nunc ſemipede ingreditur, Sacras laudationes, diuerſo modulationũ ritu per-

texere. Vt nunquam ſatis mirari poſſim, raram hanc, & felicem ſupremæ tuæ Dignitatis, cum Ingenio præſtanti connexionem, cuius ſingulari beneficio factum eſt, vt poſſis ſolus dignè laudare, quos ſolus potes Cælo Beare. Sed ne tu, me parum iudicio valere haud iniuria exiſtimabis, BEATISSIME PONTIFEX, qui tui Carminis Majeſtatem, nudis verbis depingere, & inani quodam verborum choragio publicæ Doctorum æſtimationi aſſerere contendo. Cùm extet opus illud ardentis ſpiritus plenum, & omni lepôris ac venuſtatis lenocinio contextum, quod neſcio majori ne Poſte-

ritatis, an tui Nominis commodo in lucem emiſiſti. Ex cuius lectione, ſi quiſquam amplius Accios, Moſas, Pontanos, Flaminios requirat, is profectò, & fatuum palatum, & pectus Abderitanum habere iure cenſendus ſit. Enim verò, ea ſeculi noſtri felicitas eſt, vt plures paſſim ſcribant: ea infelicitas, vt pauci benè, & exēplo melioris æui. Te verò BEATISSIME PONTIFEX, inter paucos eſſe, tuus iſte liber manifeſta fide declarat, quem, ſi præter flores eruditionis, & veneres elocutionis, quas accepit ab ingenio tuo; multum etiam hunc dignitatis & ſpirituum hauſiſſe ab Imperio cuius pon-

dus ſuſtines, aſſeruerim, ſanè non mentiar. Credibile ſiquidem eſt, ſublimes quorundam animas, & Heroïcis ferè temporibus pares, cum illas ſuperioris Prouidentiæ calculus rerum gubernaculis admouit, fortiorem tunc impetum recipere à Natura, vt nihil humiliter ſentiant, & infra fortunam ſtatus publici. Exemplo mihi ſunt Cæſaris Commentarij; Antonini vita; Iuliani Cæſares, Myſopogon, Orationes, Epiſtolæ; Conſtantini Themata; Baſilij Præcepta; Ludouici noſtri Pietate ſancti ſuprema Verba: & Iacobi βασιλικὸν δῶρον, quę cuncta grandius aliquid ſpirare videntur, & ę-

quatis cum Imperio cogitationibus, nuſquam loqui niſi luculenter & eximie. Quanquam multoties ipſe apud me cogitauerim, tuos verſus, laudem potiùs afferre ſupremis quibus nunc fulges honoribus, quam ab ipſis commendationem vllam mutuari aut recipere: Quãdoquidem illæ res, quæ ad Poëtas efficiendos plurimum valere dicuntur, Ingenij bonitas, linguarum peritia, & multarum magnarúmque rerum cõprehenſa cognitio, in te nihilo Principibus Poëtis, ne quid arrogantiùs dicam, inferiores reperiri valeant; & multa magnáque attuleris, præter has ad Poëticem adiumenta, qui-

bus ipſos omnes certum eſt carruiſſe; Omninò ſiquidem neceſſe fuit præclara illa ſtudia, quę tot Ingenij ſuauitatibus ad Cęlum extuliſti, reliquarum artium & Humaniorum præſertim literarum conſortio, non fuiſſe deſtituta. Et certe, quantus in earum ſingulis extiteris, teſtantur Epiſtolæ tuæ, quamuis aliorum curâ Typis commiſſæ, & vſurpata ſingulis ferme diebus Latini ſermonis elegantia, cui tantus accedit orationis lepos, tanta ſententiarum lectiſſimarum copia, & ordinis perſpicuitas, vt in tuæ dictionis compoſitionem & ornatum, Canopum Italiæ, Tempe Græcorum, Attali Viridaria, Ara-

biæ Tymiamatha, Lotos Homericas, Mel Centinum, & fructus ipſos Heſperidum, aut potius Muſarum ac Gratiarum omnium decus, venuſtatem, fragrantiam, pulchritudinem, flores, delicias, lepores, elegantias, vno verbo, tuam & Nominis & morum Vrbanitatem confluxiſſe, qui deliciis eius frequenter interſunt, fateri cogantur. Sed cum hodie non cenſeatur doctrinâ ſatis expolitus, qui Graio rotundóque ore non loquatur, qui linguæ tam vberis & copioſe inſolens ſit, qui ſaltem διγλώττους non audiat, & ad vernaculum latinúmque ſermonem eas quæ petuntur à Græcis diuitias non

adiungat ; Voluiſti ſimiliter, te velis ex panſis ipſarum Oceano committere. Cur enim eadem voce & comparatione non vtar quam tu, BEATISSIME PONTIFEX, in hoc tuo Epigrammate primus vſurpare voluiſti?

Ὅστις δερκόμενος γλώττης ἑλληνίδος οὖθαρ
Καὶ πλοῦτον καλῶς εἶπεν ἂν Ὠκεάνον.

Atque hanc in tuis laboribus & ſtudiis ſic tibi familiarem eſſe voluiſti, vt non verſus Græcos dumtaxat condere, & fundere, ſed cum ipſis Græcis, quorum olim tutelam & protectionem ſuſceperas, familiariter colloqui, & longos etiam ac graues diſcurſus miſcere poſſes. Adeo in te vernat Cecropia

nonicę præſcriptionis receſſus penetrares; ſi tempus quod in omni genere diſciplinarum inſumpſiſti, recenſere vellem, dies me citius deficeret, quàm dicendi finem inuenirem. Adoptauerunt ſiquidem te Muſæ in ſuum Principem, non ſecus quam viri literati in Mæcenatem, vt nihil deeſſet felicitati temporum noſtrorum integræ, quam poſt tot nouas gratulandi occaſiones, geminum iſtud beneficium debebat complere. Vt enim verum ſit, quod olim aſſerebat ingeniorum ille vertex, & Principum decus Picus Mirandulanus, ſcientias omnes fuiſſe quondam apud Ægyptios tanquam in fontibus, a-

pud Græcos, ſicut in riuulis, apud Latinos, vt in paludibus & Lacunis: licet etiam fatendum ſit, quod vetuſtis Majorũ noſtrorum temporibus, ſiluerint illæ Luciniæ, quæ Cælum ac terras cantu ſuo mulcebant; Conticuerit vocalis ille Sirenum chorus; illi nitidiſſimi fontes, qui totum hominum genus elegantia & doctrina irrigabant, exaruerint; Nihilominus tamen poſt excuſſum grauem illum, qui per octigentos annos, literatorum ſtudia funeſtarat, Barbariei & ignorantiæ veternum; poſt elatum à Franciſco Primo, Coſmo Magno, & Leone Decimo, ad melioris literaturæ culturam, velut

velut ex arce ſignum, tanta animi contentione, tam audaci conatu, tam varia & multiplici induſtria, in id vnum à noſtris elaboratum eſt, vt nihil habeat amplius aut Hebræus quod nobis imputet, aut Gręcus quod inſultet, aut Latinus quod obijciat. Pugnamus quotidie nouis cogitationibus aduerſus antiquorum inuenta: Vincimus etiam, reddendo quę ab ipſis primùm occupata ſunt, imitatione meliora: triumphamus denique tot Academiarum frequentia, tot linguarum diuerſitate, tot ſciẽtiarum augmentis; & quod maximum eſt, atque hactenus quod ſciam inauditum, te,

BEATISSIME PONTIFEX, vt inter literatos, Principe doctiſſimo, ſic inter Principes, literatorum Mæcenate liberaliſſimo. Quibus Titulis, hoc te pridem conſecutum gratulor, vt inter Eccleſiæ bona tuam dignitatem, inter ſtudiorum felicitates tuam liberalitatem, inter ſeculi decora & ornamenta, Doctrinam tuam numeremus; memoriam olim inter Faſtos triumphales, & illuſtria Principum exempla numeraturi. Sed interim, cùm tua ſtudiorum ratio, BEATISSIME PONTIFEX, conſenſu venientium ætatum, ſpecimen ſit eius futurum, quod ſeculo noſtro conſummatiſſimum in hoc ge-

nere, cumulatiſſimúmque haberi potuit; & incredibilis diuinæ tuæ mentis impetus, tanquam flamma quædam, aut fax publica è cælo delapſa, & in terras demiſſa, Artes, omneſque deſciplinas illuſtrauit: rationi certè conuenientiſſimum videtur, nobili quodam Epitheto, tam inuſitatę virtutis decus, nomini tuo connectere, & ſelecta quadam voce complecti, quod infinitis ſermonibus, nunquam dignè ſatis poteſt inſinuari. Hanc verò mihi ſæpè ſæpius per diuerſos animi recurſus & agitationes inquirenti, non ſemel viſum eſt te, μεγάλων ἐπίστορα ἔργων nuncupare, vt Herculem Homerus; aut

πένταθλον, vt Democritum Anaxagoras; aut ἄνδρα ἐφίεντα τοῖς λόγοις, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ τοῖς παιδίοις ἐφ' ἅπασι τὰ ῥεύματα, vt Proæreſium Iulianus: aut virum accuratiſſime doctum, vt Varronem Apuleius; aut noſtra ætate mirabilem, vt vectium Prætextatum Symmachus; aut monſtrabilem vt Virginium Rufum Plinius; Aliquandò etiam occurrebat, te ſapientiſſimum vocare, vt Socratem Apollo Delphicus; vel diſertiſſimũ inter Romuli nepotes, vt Ciceronem Catullus; vel flumen aureum, vt Ariſtotelem Tullius; vel denique mõſtrum ſine vitio, vt Picum Mirandulanum Iulius Cæſar Scaliger. Sed hæc Epitheta vel iam

ab iſtis occupata, vel ambitioſè nimis affectata, ſtomachum mihi potius mouebant, quàm deſiderium, & animum; Tandem verò hoc vnum ſe obtulit quod multum veritatis haberet, abſque vlla adulationis & lenocinij ſuſpicione. Vniuerſus ſiquidem Orbis per me primum, ERVDITI nomen tibi conferendum eſſe cenſet; vt illud tibi tam propriũ ſit, quàm paternum; nec magis definitè, diſtinctéque deſignet, qui te VRBANVM, quàm qui ERVDITVM appellarit. Et quemadmodum Auguſti nomine eius admonemur, cui primùm illud dicatum eſt, ſic ipſa ERVditi appellatio, nunquàm me-

moriæ hominum ſine te recurret. Et quotieſcúnque Poſteri noſtri ERVDITVM aliquem vocare cogentur, toties recordabuntur illius VRBANI, qui primus ſic meruit appellari. Atque hoc ipſo ERVDITI Nomine, creſcent in poteſterum Tituli tuæ Familiæ, nec minus gloriæ accipient ab ERVDITIONE tuâ BARBERINI, quàm priſcis temporibus receperint à frugalitate Majorum ſuorum Piſones, à ſapientia Lelij, à Pietate Metelli, & ab animi magnitudine Catones. Nec verò Proceres ſolùm tuæ Familiæ, hoc ſibi honori, & vtilitati fuiſſe intelligent: Ipſæ deinceps ſub tuo nutu animos

ſument Academiæ, & vt oſtendant ſub quo militent Capite, linguas, literas, elegantias, ſciẽtiis adiungent. Ibunt etiam Muſæ exemplo, licentiáque quam feceris, per optimatum domos: miſcebunt ſe priuatorũ colloquiis, & omnium ſtudia vtiliſſime excolent. Nec aliud ingerent ſæpius quám tui Nominis dotes, in quo omnia ad æternitatem Famæ conſpirant. Eccleſia etiam, quæ referente Iordane peruetuſto illo, τῶν χρονικῶν ſcriptore, tribus omninò in terris continetur, Sacerdotio, Imperio, ſtudio, habebit quod perpetuo dignitatis ſuæ complementũ tibi referat, qui Sacerdotiũ auguſtiùs red-

didiſti, Imperium auctius feciſti, ſtudium verò quod hactenùs deſideratum, aut in tui ſimilibus raro conſpectum fuerat, tanta cum dignitate & preſtantia, duobus iſtis iungere potuiſti: Ipſi denique literati Academiarum Athlantes, Stẽtorea voce pollentes, & illuſtrium factorum buccinatores potentiſſimi, Gades, & Thulen, & Littora ſub vtróque Polo jacentia, tuę liberalitatis, & fauentiæ, ac amoris in literas commendatione replebunt; dum felici redauſpicatu, ſtudioſorum conatus illuſtrare conaris, & quidquid vſpiam eruditum eſt, auguſta pręmiorum magnitudine in hanc Ciuita-

tem allicere contendis: rogabúntque ſummis votis, vt tam præclaro facinori ſemper inſiſtas, nec vnquam in hoc opere, aut animus tuus, aut fortuna delaſſetur. Ego verò, qui eam legem Orationi meæ dixeram, eos terminos circumſcripſeram, vt ea tantùm delibaret quæ piè fortiterque pro CAMPANELLA feciſti. Quid tibi pro tanto Beneficio dignum rependam, tenuis ipſe facundia, & pauper Ingenio? malo tamen inopiam meam teſtatam facere, quàm debiti profeſſionem diffugere. Quare, quod ipſum CAMPANELLAM, iudicio Dei immortalis, teſtimonio bonorum, conſenſu Ita-

liæ, confeſſione inimicorum innocẽtem, ex faucibus & Orci limine eripueris; Quòd eius poſtea innocentiæ, accerrimũ te defenſorem præſtiteris, colo ego te, & obſeruo pro iſta pietate majorem in modum; neque meriti,aut humanitatis tuæ memoriã, vlla vnquã apud me delebit obliuio. At verò, quod in iſta defenſione, non tantum Hominis vnius Philoſophi, ſed ipſiuſmet Philoſophiæ, imo literarum omnium & vtilitatis publicæ cauſam ſuſceperis, ſpero ita complexuros iſtam animi tui Bonitatem & gratitudinem omnes, qui in ijſdem ſtudiis excellentes ſunt, in quibus ipſe cum laude ſem-

per verſatus eſt: Et non ſolùm hos, ſed optimos cuiuſcunque gentis, ætatis, & profeſſionis homines, vt magnam ex ea re voluptatem capias, intelligáſque Dijs & hominibus acceptiſſimum fuiſſe beneficium tuum. Ceciderat ipſe non ſuâ culpâ, ſed caſu & temporum occaſione deceptus; perierat, non priuata ſuæ familiæ, ſed publica Patriæ calamitate inuolutus. Vitam noſtram ſimilem eſſe expertus fuerat peregrinationi Vliſſeæ, in qua reperiuntur Cyclopes & Alcinoï; Ægypto Homericæ quę bona multa habet, & mala non pauca; Vino Thaſio quod ſomnos faciles & ſuaues, ſed grauem

etiam, & moleſtam inſomniam aliquando gignit; Et Imeræ quoque fluuio, cuius aqua ex vna parte dulcis, ei altera verò amarore mixta perlabitur. Hominem denique ſe in multis exhibuerat; Tu ſumme & Erudite Pontifex, lapſum erexiſti, periturum liberaſti, expertum mala, bonis omnibus, fauore, & præſentiâ tuâ cumulaſti: Et niſi tandem ipſi te Deum, at Dei vices ſapientiſſimè gerentem in omnibus exhibuiſti. Hæc autem omnia in ipſum tam libenter contuliſti, quia nomen eius & famam, & meritum cognoueras: Cognouiſti quia in iiſdem cum ipſo ſtudiis, & omni genere doctrinæ diù plurimúm-

quẽ te exercueras: vt enim de pictore, ſculptore, fictore, niſi artifex iudicare, ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem. Et quod monet Symmachus, ita certè comparatum eſt, vt qui ignorant artes, non mirentur artifices. Quamobrem mirum profectò videri non debet, ſi tibi omnium ingenuarũ Artium, omnis politioris humanitatis, & ſcientiarum ſtudioſiſſimo, ille quoque tibi chariſſimus exiſteret, qui ſumma vitæ integritate, ſinceritate animi, & excellentia ſtudiorum, bonis omnibus atque eruditis gratiſſimus ſẽper extitit. Quique tecum de literis & earum poteſtate, de optima dicendi figura, de variis Poëtarum gene-

ribus, de numerorum ac magnitudinum proportionibus & menſuris, de ſonorum ac vocũ diſtinctionibus & interuallis, de rebus occultis & ab ipſa Natura inuolutis, de Iure Ciuili, Canonico, & rebus diuinis cõmunicare, & varios vltro citróque ſermones conferre poſſet. Habes tamen quod ipſi debeas PONTIFEX ERVDITE, nec enim aliter conſtare poterat ſumma Pontificatus tui & cõſummata felicitas, niſi & ipſe tibi, ſua calamitate hanc de literis benemerendi occaſionem præbuiſſet; & tu illi occurriſſes, qui vt multo vſu robuſtæ mentis, eius vires agnoſcere, ita agnitas potuiſti etiam liberaliter amplecti & fouere. Sed ipſe

cauſam inſuper prebuit, vt poſtes tuæ Domus Auguſtæ, ſempiterna gloria ob Ciuem Reipublicæ literariæ ſeruatũ, triũphare videantur, & confectam ex Quercu Coronam geſtare, quam non Rex, aut Imperator, ſed tua tantùm SANCTITAS potuit ipſis appendere. Cui vni, non de CAMPANELLA ſolo, ſed bonis omnibus meritiſſimæ, cùm omnia quæ rerum vniuerſitate comprehenduntur, inuicem certent, & magna ſimul obſequiorum æmulatione contendant, hoc quod habẽt, quod poſſunt, quod debent, libenter offerre, Ciues amorem, Chriſtiani reuerentiam, Reges obedientiam, mortales omnes honorem, tempus ætatem, Natu-

ra vires, ſenectus animum, Muſæ eruditionem, Deus ipſe Opt. Max. quo ſolo minor es beatitatem; Ego & horum omnium vota quod mei animi affectus, & hanc Panegyrim, quod mei muneris eſt effectus, tibi, Romæ, Eternitati, lubens & libens Do, Dico, Dedico.

Quod ſi digna tua minus eſt mea pagina laude,
At voluiſſe ſat eſt; animum non Carmina iacto.
Tu modo latus ades, forſan meliora feremus,
Et vires dabit ipſe fauor, dabit ipſa feracem
Spes animum.

ROMÆ, 1632.

LECTORI.

NE quis merito ſuſpicari poſſit, occaſionem me leui de cauſa vulgandæ Panegyris iſtius quæſiuiſſe, aut fluctus, in ſimpulo commouiſſe; en Calumnias profero, quibus retundendis, niſi operam meam Beatiſſimis THOMÆ CAMPANELLÆ *Manibus commodaſſem; Parum certe aut officio in illum meo, qui me dum viueret amico in paucis vſus eſt, aut veritati ſimul & æquitati ſatisfeciſſe viderer.*

page 51.

Du College Royal de France, imprimé à Paris, M.DC. XLIV.

TOutesfois le fonds de ſa Science, ſa diction, ſon ſtile, & ſa Methode ſont admirables, & eſt tout aueré, que perſonne n'a iamais ſi dignement, ſi hautement, ſi ſubtilement, ſi diligemment,

ſi methodiquement, & ſi ſainctement (pour vn Payen) eſcrit, & traitté de la Philoſophie, que l'incomparable & l'Eminentiſſime Ariſtote: quoy qu'vn Frere Thomas Clochette, dit Campanella, ait oſé depuis 26 ans contredire cette verité, & ait rebuté le Peripateticiſme, qui eſt le mot barbare duquel il a vſé: Mais ce bon Frere, qui a eſté à l'Inquiſition dixhuict ou vingt-ans, & qui a commencé d'abboyer Ariſtote, en l'an 1617. (comme Martin Luther, noſtre Sainct Pere le Pape, Leon X. & l'Egliſe Catholique, l'an 1517.) s'eſt comporté ſi laſchement, ſi impertinemment, ſi iniurieuſement, & ſi fauſſement, & d'vn ſtile ſi groſſier, ſi niais, & auec tant d'inepties, abſurditez, barbariſmes, & ſoleciſmes en ſes inuectiues, & Liures calomnieux contre Ariſtote, en ſon *Prodromus*, au liure *de Senſu rerum*, *de Gentiliſmo* (quelle barbarie) *ſiue Philoſophiâ Peripateticâ reyciendâ*, *de Philoſophiâ inſtauratâ*, & autres matieres, qu'on luy a laiſſé imprimer depuis quelques années, qu'il a eſté negligé des Sçauants du temps, & mocqué des plus Curieux, comme ayant caſſé ſa Sonnette, ou Clochette, & fellé ſon Tymbre,

ou ſes Cymbales, contre l'Oracle de la vraye Philoſophie, Ariſtote. Toutesfois vn Reu. Pere Ieſuite, ſçauant, & ſubtil, le P. Anthoine Sirmond, en ſa Demonſtration de l'Immortalité de l'Ame, Addition 1. ſect. 3. 4. luy a fait la charité de le diſcipliner, & chaſtier, le refutant tres-doctement, *vt Campanella ſaperet poſt verbera, & à religioſo doctiſſimóque homine correptus, mentiri & calumniari deſineret, neque deinceps tam abſurdè deſiperet.* Il a auſſi eſté repris & conuaincu d'vn docte Profeſſeur Royal en Mathematique, de la Propoſitiō qu'il fit mettre en Gazette, que le Soleil eſtoit approché de la Terre de cinquante-cinq mille lieuës, en la Naiſſance de Monſeigneur le Dauphin alors, & maintenant LOVIS XIV. ce qui eſtoit ridicule, & tout faux; luy meſme l'ayant interpreté Poëtiquement. Mais laiſſons Campanella indigne d'eſtre nommé entre les Sages & vrays Philoſophes.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google